complexiuus: Gell. (lemm.), Diom. II p. 433 *coniunctio complexiua siue copulatiua que*, Soran. isag. (DV), cett. (Gg.).

complicitas: Thes. nou. lat. p. 453 (*complicité*).

comploratio: Liu., Val. Max. I, 8, ext. 11 *complorationi permixta fuit gratulatio*, Gell., Iustin., Hier. adu. Lucif. 14 *illam complorationem, quae a Domino de peccatoribus prolata est.*

compluere: *trans.* Solin. (complutus), Cypr. (pars compluetur), Hier. quu. hebr. in Gen. 45, 9 sq. *terram complutam* al., Aug.

complurimi: Gell. (?), Oros. h. IV, 14 *ibi . . iumenta complurima . . perierunt.*

compositorius: Eust. Hex. I, 9 *compositoriam uirtutem eius intellige.*

790 *compossessor*: Tert., Aug. in ps. 30 serm. 1, 14 *uicini tui, . . compossessoris tui*, gl.

compotatio: Cic. (uertens *συμπόσιον*), Aug. de Rustic. 4 *inter conuiuia et compotationes diurnas.*

comprehensare: Cl. Quadrig., Aldh. septen. aenigm. 14, u. 20 *grossas et graciles rerum comprenso figuras.*

comprehensibilitas: Dionys. Exig. creat. hom. 11 (habet DV), Fulg. Rusp. ad Trasim. II, 1 *cum ipsam rationalem creaturam plena suae comprehensibilitatis agnitio, creatori quidem comprehensibilis et finita, sibi tamen incomprehensibilis atque infinita, lassaret.*

compromissio (quod al. repromissio): Isid. De fide cathol. II, 1, 10 *Ieremias gentium compromissionem* (h. e. uocationem aliquando futuram) *sic ostendit* . . (Ier. 3, 17).

compromissiuus: Dosith. ars gramm. p. 51 K. '*et*' *coniunctio* . . *adnutatiua et compromissiua, ut* '*dic quibus in terris — et eris mihi magnus Apollo — Tris pateat* etc. (Verg. Buc. III, 104).

compropheta: Hier. in Ion. ad 1, 2 *uidens Ionas comprophetas suos mitti ad oues perditas domus Israel.*

comprouincialis: Zosim. pap. (417 p. C.) ep. 4, 2 *comprouinciales episcopi,* Simplic. pap. ep. 14, Sidon., Dion. Exig., Criscon. breu. canon. 149.

compsallere: Ps. Cypr. de XII abusiuis 11 *Esaias eidem indisciplinatae plebi* . . *dicens* . . (Isai. 1, 16), *et ad eandem psalmista consona uoce compsallit dicens* . . (Ps. 33, 15).

compugnantia: inc. auct. (sec. V) de uocat. omn. gent. I, 1 *de hac compugnantia opinionum,* ib. II, 28, Gennad., Isid.

800 **compugnatio:** Hier. in Ezech. comm. XI ad c. 38 *quarum* (haeresium) *inter se compugnatio nostra uictoria est.*

compulsio: Hermogen. Dig., auct. Zacch. et Apoll. consult. III, 7 *si compulsio transgressionum atrocitate et phantasiis plena sit obscura notione,* Cassiod., — *compulsor* Amm., Aug., Rufin. Orig. in Exod. h. 1, 5 bis, Pall., Cod. Theod.

compulsus, u Mar. Victorin. adu. Arium I, 45 *factura est, quod a compulsu exsilit et ex nihilo est,* et praeterea bis ibid., Auien. Arat. 1427 (App. Met. VIII, 5 expunctum, cf. Hildebr. ad l.).

compunctio: S. S. (Rönsch It. 70), Ambr., Hier. in Is. IX ad 29, 9 sqq., Rufin. Orig. in Rom. IX, 2 *compunctionem cordis accipere*, [Rufin.] in Os. I ad 4, 8 al., Sulp. Seu., — atque ita compungere S. S. (Rönsch 354), Lact., Hier. in Is. hom. 4, 3 *si quis sine sensu est iuxta interiorem hominem, cum peccator sit, non compungitur*, Rufin. h. mon. 9 p. 183, intpr. Iren., all.

computator: Sen., Aug. lib. arbitr. II, 20 (ratio et ueritas numeri omnibus ratiocinantibus praesto est,) *ut omnis eam computator sua quisque ratione et intelligentia conetur apprehendere*, id. Ciu. D. XII, 12, Petr. Chrysol.

computatorius: Thes. nou. lat. p. 450.

concadere: Sen., *al.* Coel. Aur. acut. II, 10, 77 (r. Gg.), id. sign. diaet. pass. 42 *uirium concadente substantia cum membrorum frigido torpore* (qui scriptor etiam praecadens, supercadere habet), Cass. Fel. 51 p. 132 *pulsus concadit.*

concadere = concidere. Cass. Fel. 51. p. 132, 1.

concalefactio: Aug. De ordine I, 24 *in pannos suos recidunt, quorum concalefactione tabificati scabiem uoluptatum aerumnosarum scalpunt libentius, quam ut . .*

concantare: [Fulg.] serm. 1 *Isaias sub uinea dilecta concantat, faciens sub palmitibus spinosis ecclesiam, quia puer natus est nobis, filius datus est nobis'* (Is. 9, 6).

con-captus Hilar.: c p. 8.

810 concauare: Ouid., Sen. apoc. 4, 3, cett.

concausalis: Ps. Soran. quu. med. 51 (causarum quaedam dicuntur initiales, . .) *aliae uero concausales.*

conceptaculum: Plin., Frontin. aquaed. 22 *conceptacula id est piscinas*, Gell., postt.

*conceptio: *trnsl.* Aug. in ps. 36 serm. 1, 9 *uide quid pariat* (ira), *offoca prauam conceptionem.*

concertari depon.: S. S., auct. Praedest. III, 24.

*concilium: *q.* pro conciliatio Tert. pall. 1 (et uobis habitus aliter olim tunicae fuere,) *et quidem in fama de subteminis studio et luminis concilio* (ut claui purpurei ne dissentirent inter se neu disparis essent luminis, uti expl., Salm., cf. poen. 8: cum putaueris recte conciliasse temperamenta colorum), ib. 4 *unde et nominis concilium* sc. Achilli e duabus nimirum uocibus, a priu. et χεῖλος (Salm.); concilium de concubitu praeeunte Lucr. Arn. II, 16 *corporalibus conciliis procreant.*

concinenter: Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. I, 77 *sin omnia concinenter* (fuisses locutus), III, 9, [Rufin.] in Am. II 9, 11 sq.

concinnatio: Tert. (loc. r. Gg.), Mar. Vict., Aus., Chalcid in Tim. 277, Ennod. ep. IV, 9 *epistolaris*, III, 21 al.

concipilare: pr, App. (?), Cl. Mam. an. II, 11 *fas tamen est multimodo ueritatis gaudio falsiloqui ceruiculam salubri concisione concipilare.*

concisio: ut t. t. rhet. Cic. s., pr. Hier. in Is. XIV ad 52, 1 *carnis* al., Vulg., Aug. quant. anim. 64 *in concisione quorundam corporum*, Cl. Mam. an. II, 11 (nr. 817), trnsl. Hier. Did. spir. snct. 13 *distribuens non per concisionis partes, sed per communionem*, q. apocope Prisc. p. 511 (tomi II) Herz.

concisor: S. S. Is. (10, 15) ap. Tichon. De VII regulis 7 '*numquid magnificabitur securis sine concisore?*' (Vulg. n. gloriabitur s. contra eum, qui secat in ea?), inc. quu. ex utroq. Test. 101 *lignorum concisores*, Coripp. (In laud. Iustin. min. IV, 22).

820 concitamentum: Sen., Rufin. Orig. princ. III, 1, 3 *incidentibus extrinsecus concitamentis.*

concitatus, us: Sidon., Primas. in Apoc. III ad c. 11 *terrae motus, strepitus, concitatus populorum.*

*conclusio: *q.* obstrusio Theod. Prisc. II chr. 20 *urinae*, Cass. Fel. 44 p. 110 *epatis.*

conclusiuncula: Cic., Aug. soliloq. I, 1, 1 *quod inuenis, paucis conclusiunculis breuiter collige.*

concoenare: Mar. Merc. Cyrilli incarn. Vnig. 24 *nemo sibi conuenire dicitur neque concoenare;* — concoenatio Cic., concoena masc. (pro concoenator) gl. *σύνδειπνος.*

concolere: Rustic. c. Aceph. p. 1229 *nec templum nec altaria deo ab antiquis coadorabantur et concolebantur.*

concolligere: S. S. uet. (Rönsch It. p. 207), intpr. Orig. in Matth. 73 *concolligens malefacta eorum in breue* (A p. 7*).

*concordare: *trans.* Hier. ad Iouin. I, 48 *qui se et uxorum et ancillam tres in una domo concordare non potuit*, Aug., al., c. acc. Dig.

concorporalis: S. S., Hier. in Eph. II ad 3, 5 sqq. *concorporales illud significat, ut, quemadmodum in uno corpore plura sunt membra, u. c. oculi, manus . ., sic hi qui in Christo credidere in uno sint ecclesiae corpore conglobati*, subst. Amm., Prosp. c. collator. 1 *nostri concorporales et comparticipes.*

concorporatio: Tert., Hilar. in Matth. 6, 1 *ergo et concorporationem* (uar. lect.: incorporationem) *Verbi Dei et passionis mysterium et uirtutem resurrectionis non promiscue tractare nos conuenit.*

830 *concrematio*: Hilar. in Matth. 2, 4 *infructuosarum arborum*, id. Trin. V, 21 *sine concrematione rubi*, Aug. quu. in Heptat. IV, 33 'et *cremabunt eam in conspectu eius*' (Num. 19, 5): *puto quia concrematio ad signum pertinet resurrectionis; natura est quippe ignis, ut in superna moueatur . .*, Aug. (?) ad fratrr. erem. serm. 26, Fulg. M., Primas. in Hebr. 10 *nidore carnium et concrematione animalium.*

concrepatio: Arn., Cassiod. in ps. 17, 5 (undarum minacium).

concrepitare: Prud., Venant. u. Germ. 64 *multa concrepitans, ut loqui solet calamitas.*

*concretio = τὸ concrescere uel concreuisse cum aliquo Cic. »Tusc. I, 27, 66«: mens segregata ab omni concretione mortali (si dicere uult: a concretione cum cor-

pore mortali), Tert. et Ambr. aliq., Hier. in Eph. II ad 4, 23 sq. *sensus ab omni macula sordidae concretionis alienus*, Aug. Ciu. D. XV, 8, 1 *ambarum societatum discretio concretioque* al., Chalcid. (Gg.).

concrucifigere: S. S. Gal. 2, 19 ap. Rufin. (ubi Vulg.: Christo confixus sum cruci), Rufin. Or. in Rom. V, 4 al., Sidon., gl.

concuba: Innoc. pap. (401—17) ep. 37, 6, Isid. et all. ap. DV.

concubinula: auct. Quer. I, 2 p. 18 *psaltrias et concubinulas.*

conculcatio: S. S. (Rönsch It. p. 70), Ambr. in Luc. X, 28 (totius corporis), Hier. in Is. VII ad 22, 4 sqq. *dies iudicii . . et conculcationiz* al., Aug. in ps. 55, 4 *nec deficiet in ista conculcatione sciens, quem inuocet*, Rufin. in Iesu N. 21, 1, intpr. in Matth. 38 *in conculcationem pedum suorum*, Cod. Iust.

*concurrere: Coel. Aur. ac. II, 37, 204 *si . . alia concurrentia* (uertens symptomata) *fuerint leuigata*, ib. 27, 143, 32, 166 (cf. nr. 840), saepius tamen eadem in re uerbo ‘sequi’ usus, ut tard. II, 7, 94 *sequitur eos, qui coryza uexantur, grauedo narium et frontis*, itemque freq. c. dat., ut ac. II, 17, 102 *uomicosis uel collectione laborantibus . . sputa sequentur*, it. Cass. Fel. 40 p. 90 *sequitur laborantes* (phthisicos dicens) *totius corporis defluxio, febricula . .*, 39 p. 85, 42 p. 96 et saep., — item Coel. consequi, ut ac. II, 1, 1 *uocatur lethargus a consequenti passioni obliuione*, 16, 97 . ., prosequi ac. II, 10, 59 al.

Ceterum symptoma uertit idem scriptor etiam in accidens, ut tard. IV, 2, 14 *symptoma . ., quod nos accidens dicere poterimus*, Cass. Fel. 46 inscr. *quae a Graecis symptomata appellantur, nos uero accidentia dicere poterimus.*

concursator: Liu., Amm. XVIII, 8, 8 *sparsim disiecti hosti concursatori miscemur.*

840 concursio: Cic., Gell., Vulg. (Gg.), Dionys. Exig. Gregor. Nyss. creat. hom. 1 *oppositorum mixtura atque concursio*, ib. 28, *al.* (q. symptoma, cf. nr. 838) Ps. Soran. quu. med. 397 *de concursionibus id est symptomatibus.*

840* *concussor*: Tert., Ennod. paneg. Theoder. p. 301 Sirm. (Par. 1611) *quasi orbis concussor.*

condegere: Garg. Mart. De arb. pomif. 2, 6 (ne tenero germini noceant flatus herbarum) *neue densitas condegentium solis atque aurae nutrimenta praecludat.*

condelectari: S. S. Rom. (legi Dei), Aug., intpr. in Matth. 117 *si . . non retulisset pecunias condelectatus in eis.*

condemnabilis: Rufin. Orig. in Rom. IX, 42 *illi, in quibus discernit* (cf. Rom. 14, 23) *et putat non licere, condemnabilis usus est*, Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. VI, 14 *ausu condemnabili*, Pall.

condescendibilis: Gelas. ep. 1 *consequenter adnectis, condescendibilem et optima dispositione reuocare posse concordiam . .* (lege quae subsequuntur apud ipsum).

condescensio: Hilar. frgm. op. hist., Philostr. haer. 93 (Christi) *bonitas et condescensio fragilitatis humanae,*

Rustic. c. Aceph. p. 1176 *condescensio non perfectam affert laetitiam, tanquam quae non propter id quod principaliter quaeritur proprie fiat, sed propter infirmorum fragilitatem*, Dionys. Exig., Ps. Eucher. in Reg. II, 4, Greg. M. ep. I, 25 (condescendere Ambr., Cassian. Coll. XVI, 23, Gelas. ep. 1, Cassiod., Greg. l. l.).

condescensorie: Rustic. c. Aceph. 1176 *dispensatiue et eondescensorie propter pacem dictum est a . . Cyrillo in epistula ad Ioannem 'consubstantialis nobis secundum humanitatem'*, ib. inf. *alioqui manifestum est, quoniam condescensorie dictum est, ut lucraretur Orientales* al.; — adi. non comparet, nec magis primitiuum (in -sor).

condescensus, us Nou. uers. uet. 43 *nostram clementiam et condescensum, quem propter ipsius salutem habebamus.*

condesperatus: Lucif. De non parcendo p. 972 *angelus Dei producens apostolos ex Iudaeorum condesperatorum tuorum carcere.*

condextraneus: Thes. nou. lat. p. 156.

850 *condicionalis*: subst. i. e. »seruus certae condicioni mancipatus« Tert. »idol. 12«: sed condicionalis eram: nemo duobus dominis seruire potest, Aug. c. Faust. XXII, 55 *ut etiam per hanc condicionalem* (Zelpham ancillam: Gen. 30, 9) *libera illa uxor Iacob laborans filios heredes regni suscipiat*, Cod. Theod., ut VIII, 1, 3, 5; — adi. App. (?) dogm. Plat. III p. 263 Hild. *altera* (propositionum species) *substitutiua uel condicionalis, . . ut si aias: qui regnat, si sapit, beatus est*, Tert., ICti, Dosith. gramm. p. 419, Seru., Boeth., adu. Dig., Aug. c. Faust. VI, 5.

*condictum: *subst. al.* q. conuentus Adaman. u. Col. III, 20 *post angelicum condictum* (i. conuentum cum angelis) *reuersus ad monasterium*, ib. inf. *locus illius angelici condicti*, — al. condictum s. syn. pactum Gell., App., Chalcid. ex condicto, Vulg. Gen.

condigestorius: Cass. Fel. 42 p. 97 *est namque tonoticon et sympepticon medicamentum, id est confortatorium et condigestorium.*

condimentarium subst.: Schol. Iuu. III, 293 '*sectile porrum*', *folia porri siue condimentaria;* — condimentarius s. Tert., adi. Plin.

condiscumbere: Aug. serm. 99, 3 *inuitator ille cum suis condiscumbentibus.*

condĭtio (condere): *propr.* Schöpfung, Gründung Tert. et S. S. ap. eund., Hier. c. Pelag. I, 2, II, 30 al., Rufin. Orig. princ. I pr. 4 *a prima creatura et conditione mundi*, intpr. Iren., Prud., Oros. h. II, 2 *a primo anno Procae . . usque ad conditionem urbis . . anni LXIV*, *meton.* etiam Hier. Didym. spir. snct. 16 (Spiritus Sanctus) *nusquam conditionibus* (i. creaturis) *connumeratus est;* — condĭtor quoque *i.* creator freq. eccl., ut Hier. adu. Iouin. II, 6 *uenerari conditorem nostrum*, c. Pelag. II, 24 et 25 al., Rufin. in Num. h. 14, 2 al., an. in Iob III p. 235 *conditor coeli ac terrae*, Chalcid. Tim. 14.

conditorius **adi.** Marc. Emp[illegible]: A. [illegible]

condoctor: Mar. Victorin. adu. Ar. I, 28, Aug. c. Iulian. II, 3, 7.

conducibiliter: Aug. lib. arbitr. III, 23 *cum aeger aqua frigida conducibiliter delectatur*, Rufin. Orig. in Rom. III, 1 p. 169.

conductus, us Coel. Aur. abl. sing. »ac. II, 15, 95« (superciliorum, *al.* nom. ib. II, 9, 43 *conductus corporis atque raptus* i. spasmus, ut conductio id. saep., etiam sign. diaet. pass. 32 sq., 35 sq., 99 al.

860 *confamulus*: Paulin. Nol. ep. 24, 3 *tuorum confamulus uernularum*, 19, 1, Ennod., Cassiod. in ps. 121, 5 al.

confari: Cassiod. in ps. 29, 13 '*confitebor*' . ., *quasi confabor, id est cum sanctis aeterna Te uoce laudabo.*

confatio: Cassiod. in ps. 74, 1 *confiteri est, sicut saepe diximus, multorum confatione aliquid profiteri*, in 99, 1.

*confectio *meton.*: Marc. Emp. 35 p. 404 A *de his tunsis cribratis remissisque facies unam confectionem*, Pall., Coel. Aur. tard. IV, 3, 57 al., Cass. Fel. 9 p. 17 *etiam et cicatrices nigras . . haec confectio ad unitatem coloris cogit et conficitur sic . .*

confectus, us: Aug. in ps. 147, 24 *propter confectum tunicae futurae.*

confermentare: Tert., Rustic. c. Aceph. p. 1203 M. *non dixit, Deo quidem confuso, homine uero confermentato.*

conferuere: Hor. conferbuit, Vitr. VII, 14, 1 *uiolam coicientes in uas cum aqua conferuere faciunt ad ignem* (ita codd., Rose conferuefaciunt, sed cf. II, 6, 4: efficit ea coire celeriterque soliditatis percipere uirtutem), Cels., postt.

*conficere: *q. pr.* i. facere ut aliqua sint una Cass. Fel. 45 p. 113 *omnium quatuor paria pondera conficies et dabis . . in potione uini tepefacti* al. Cf. concoquere exemplo Lucr. et Plin. i. coquere simul (ut est Cass. Fel. 66 p. 161) uel simul in uno (ut est 75 p. 182) 40 p. 92 *lac asininum . . cum capitibus porrorum concoctum* al., Coel. Aur. ac. II, 12, 82 *fomento ex aqua salsa concoctis sulfure et bitumine*, tard. IV, 3, 47, ib. 8, 126 et 7.

confictura: Tert. idol. 8 *sine idoli confictura.*

configuratio: Tert., Aug. quantit. anim. 38 *machinamentum* (neruorum) *configuratio quaedam corporis coaptat, temperatio modificat ualetudinis, confirmat exercitationis industria.*

870 *confirmatiue*: Tert., Cassiod. in ps. 86, 5 *sequitur 'et homo factus est in ea', quod iam confirmatiue legendum est*, in 96, 1, Prisc., Isid. eccl. off. II, 11, 3; adi. Gramm., Ambr., Hier. (?) in Iob 33 *probabiliter et confirmatiuo modo*, schol. Iuu.

*confiscare: aliquem Suet., Dig. XXVII, 3, 9, 6, Cassiod. (Epiph.) hist. trip. VI, 7 *confiscatis patrimonia sua restituit* al.

confisio: Cic. s., Hilar. in ps. 124, 7.

confixio: Hier. in Ezech. comm. II ad 7, 23 *καθήλωσιν id est confixionem*, Aug., Cassian. (loc. r. Gg.), Coel. Aur., Cass. Fel. 77 p. 187 *dentium.*

confixura: Greg. in I Reg. III, 4, 3 *dum spinae confixuram sentit.*

conflatio meton.: Vulg. Ierem., Hier. in Abac. I ad 2, 18 *conflationi suae* (i. idolo a se conflato, idolo conflatili) *curuare ceruicem.*

conflatura: Firm. m., Hier. in Abac. I ad 2, 18 *sculpturam possumus in lapidibus et in marmoribus accipere, conflatura uero in his metallis intellegitur, quae solui possunt atque conflari.*

confiere: Hier. adu. Lucifer. 5 (sacerdos pro laico effert oblationem suam . . atque ita eum qui traditus fuerat Satanae in interitum . . indicta in populum oratione altario reconciliat,) *nec prius unum membrum restituit sanitati, quam omnia simul membra confleuerint, facile quippe ignoscit filio pater, cum mater* (i. e. ecclesia) *pro uisceribus suis deprecatur.*

*conflictatio: syn. contribulatio Cypr., Victric. laud. sanctor. 12 *fides . . in his tot conflictationibus . . reddit uicem Christo moriendo pro ipso.*

confluiturus: Hier. (?) in ps. 3 (ad Neue FL II p. 562 sq.).

880 **confluxus,** u: Cassian. Coll. XII, 9 *confluxu interni humoris.*

confoederare: Tert. apol. 2 *ad confoederandam disciplinam* (Christi) »i. e. quasi foedere ὁμοθυμαδόν sanciendam«, cett. qs. cit. lexx., add. Rufin. h. mon. 1 p. 123 *ut . . fratres . . per orationem sibi inuicem confoederentur.*

confoederatio: Firm. m., Hier., Rufin. apol. II, 1 *a confoederatione periurii planiore uia ad manifestatio-*

nem ueritatis incedam, II, 42, Aug. (l. r. Gg.), nuptialis Aug. bon. coniug. 7 al., coniugalis Fulg. Rusp. ep. 1, 7.

confoedustare: Thes. nou. lat. p. 402.

conformabilis Hilar. c p. 8. Trit. in psalm 129, 4

conformitas: Thes. nou. lat. p. 217, — *conformis* S. S. Rom. (c. gen.) et Phil. (c. dat.), Hilar. in ps. 135, 5 al., Ambr., Aug. nuptt. et concup. II, 27, 46 *haec forma non omni ex parte conformis est*, Leo M. serm. 29 ex., Sidon.

confortare: S. S. uet., Gargil. pom., Cypr., Lact., Hier., ut in Is. X ad 35, 7 *ut eos suo confortaret aspectu* et saep., intpr. in Mtth. 63 al., anon. in Iob III p. 215, all. eccl., Cass. Fel. 29 p. 53 *debilitatem oculorum* al.

confortatio: Hier. in Zach. II ad 8, 13 sqq. (confortentur manus uestrae . .) *causa confortationis Domini promissio est.*

confortator: Aug. serm. 264, 2 *confortatorem et consolatorem et protectorem hominum.*

confortatorius: Cass. Fel. 42 p. 97 (sup. 852) et 101, 43 p. 108.

890 *confouere*: post Afran. fr. quasi nouic. App. s., saep. Hier., ut ep. 108, 27 *manu stomachum*, 60, 5 *ad confouendum dolorem suum*, in Is. XVI ad 59, 5 sq., Vulg., Aug., ut c. Iul. III, 15, 29, Iulian. ap. Aug. l. l., [Rufin.] in Os. I ad 3 *statim, quibus confoueat sauciatos, laeta subiecit*, Prud., Cod. Theod., inscr.

confractio: S. S. et. uet., Hilar. in ps. 2, 38 et 41, Hier. (l. r. Gg.), Aug. cons. euang. I, 16, 24 (simulacrorum) al., inc. quu. e uet. Test. 8 (tabularum), Cassiod. et in ps. 2, 9.

confragositas Chalcid.? A.

confrequentatio: S. S. uet. Ps. in confrequentationibus, [Rufin.] in Os. I ad 3 s. f. *in confrequentatione cornua circumdet altaris reddens Deo uota;* — confrequentare Col. (dub.), Iul. Val. (DV), Hilar. in ps. 137, 4 *ad confrequentandam hanc ciuitatem*, Prud., inscr.

confricatio: Th. Prisc. I, 16 *frequenti confricatione curantur*, Aug. in Iob (r. Gg.) al.

confrictio: Coel. Aur. tard. III, 2, 16 *dentium confrictio siue concubitus.*

confugi*turus*: Aug. c. sec. resp. Iul. VI, 9 (fugiturus notum erat).

confusibilis: Aug. (?), Faust. ep. 9 *uel confusibilem uel, Deo tribuente, laudabilem totius uitae historiam*, Paschasii spir. sanct. II, 13, *-iter* Paschas. ib. I, 2 *duos eum habere patres confusibiliter fatebuntur*, — *in-confusibilis* Vulg. (operarius), Fulg., adu. Cl. Mam. an. et Cassiod. (locos r. Gg.), Fulg. (DV).

confusor: Aug. in ps. 32 serm. 2, 5 *propter quosdam iniquos discretores et turbulentos confusores.*

confutatio: auct. ad Herenn., Hier. ep. 68, 2 *haereticorum*, Hier. (?) in ps. 94, Rufin. Orig. in Rom. III, 6 al., anon. in Iob I p. 57 sq., Cassian. Inc. Chr. I, 2, Cl. Mam. an. III, 9 *in confutationem sui* al.

900 *congelare intr. trnsl.: Cic. ep. (congelasse), Aug. ord. I, 30 *in torporem inertiae congelabitis;* — congelascere Gell., Amm., Ambr. spir. snct. III, 4, 21 *tanquam congelascentibus fluctibus in medio mari* al., Aug. Gen. ad lit. III, 4, 6 al., Macr., gl.;

congelescere: Ps. Aug. serm. 57, 1 *ut in nobis . uerbum Dei peccatorum frigore congelescat*, Cassiod. in ps. 147, 6, Verecund. in cant. Ion. 8. Cf. *gelescere* (inf. 2147), gelascere, *corporascere* (inf. 1094), *corporescere* (Quich.), — gemmascere (gemmare) Plin., gemmescere (gemma) id., — *herbascere* gl. *βοτανοῦσθαι*, herbescere Cic., — labascere, -sci, *labescere* Rufin. Orig. in Rom. IX, 32 labescentibus quotidie diebus', *labisci* Diom., — *maturascere* (inf. 3353), maturescere, — *pauperascere*, *pauperescere*, — purpurascere, *purpurescere* (inf. 4464), — de-sudascere Plaut., consudascere Col., *desudescere* (inf. 1380*, sed adsudescere iam Varr.), — contenebrascere, *tenebrescere* et comp., ut *contenebrescere* Hier. in Eccl. 12 p. 485 'in die qua . . et prophetae, qui de coelis solebant uisionum suarum lumen accipere, contenebrescent', impers. Vulg. Ierem., — tenerascere Lucr., tenerescere pA.

*congemere: trans., ut Lucr., Val. Fl., Hier. ep. 130, 3 *quem Roma congemuit.*

congeminatio: Plaut., Cassian. Collat. XXI, 32, Cassiod. in ps. 23, 11 *quod apud Graecos dicitur anadiplosis, apud Latinos congeminatio dictionis*, in 24, 2, in 121, 3.

congeminus: Aug. in ps. 77, 9 *sic Esau congemino suo . . Iacob* (praelatus est), *sic Phares . . congeminum suum etiam nascendo praecessit* (Gen. 38, 27 sqq.).

congemiscere: Tert., Hier. in Is. XIV ad 51, 6 *unde et omnis creatura congemiscit* al., Aug., Cod. Th., al. an. in Iob II p. 180 *compassa infantiae eorum atque infirmitati, congemiscens languoribus atque gemitibus eorum.*

*congenerare: *al.* Aug. c. sec. resp. Iul. VI, 20 *mala cum quibus nascuntur homines, quae congenerari hominibus in paradisi felicitate non possent, profecto, nisi de paradiso exisset natura uitiata, nunc eis congenerata non essent*, Coel. Aur.

**congentilis*: Aug. c. Faust. Manich. XIII, 15 *qui suos congentiles populos idola colenda docere ausi sunt*, id quod accipiendum esse = coidololatras (ut loquitur Lucif. de reg. apost. p. 808 M.) pergimus non dubitare; congentiles = γεννῆται inscr.

congermanitas: Thes. nou. lat. p. 481.

congloriari: Isid. ord. creat. 15, 1 *cui dum sancti compatiuntur, simul congloriabuntur*, Ps. Cassiod. amicit.

conglutinatio: Cic., Diom. II p. 442 K. *episynaliphe est conglutinatio duarum syllabarum in unam syllabam*, Aug. in ps. 68 serm. 1, 3 *consortium quoddam animae et corporis et quandam in his duobus familiaritatem conglutinationis atque compaginis*, Hier. (?) in Iob 38, Coel. Aur. tard. II, 12, 140, Consent.

910 congratulatio: Val. Max., Donat. uit. Verg., Hier. in Is. XI ad 39, 1 *post tantam uictoriam et congratulationem regni potentissimi* (gen. subi.) *cor illius* (Ezechiae) *eleuatum est.*

congregatim: Prud., Aug. (?) adu. quinq. haer. 2, 3 *reges non singillatim, sed congregatim superauit.*

*congressio: *i.* conflictus, syn. proelium Iustin., Lact. inst. III, 12, 4 *cum in aliquam congressionem certamenque uenerit*, Amm. XIV, 2, 8, Hier. in Am. II ad 4, 1, adu. Iouin. I, 6 al., anon. in Iob I p. 75 *ante proelium et congressionem superatus.*

congrue: Paul. sent., Symm., Hier. in Os. I ad 5, 6 sq. al., [Rufin.] in Ioel 2, 4 sqq. *in cunctis fere . . temporibus, ubi his prophetae exclamationibus congrue utamur, offendimus*, Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. I, 85, Mart. Cap., Cod. Theod.

coniacere: Cypr. ep. 4, 3 *coniacent'um duorum turpis . . dormitio*, Petr. Chrysol. serm. »30 bis« (habet et DV), id. s. 93, Myth. Vat. II.

coniecturaliter: Grom., Sid., Prisc. praeex. 6, 16 *post coniecturaliter praeteritam uitam crimineris a praesentibus.*

coniudicare: Petr. Chrysol. serm. 65 *coniudicat Patri.*

coniugabilis Chalcid. Tim. 17 A.

coniugaliter: Iul. Val. I, 10 *agebat cum muliere coniugaliter*, Aug. c. Iul. V, 10, 41 al.

*coniugatus (*sc.* nuptiis): Aug., ut c. Iul. III, 13 *honesti coniugati*, 24, 54, Leo M. ep. 167, Fulg. Rusp. ep. 1, 8 *coniugatus si fornicetur damnabiliter peccat.*

920 **coniugius** pro coniugium: C. I. V, 1, 3996 *coniugius hic ille iacet castissimae famae, quibus non in se* (u. inf.

2858) *licuit bis denos uiuerent annos*, — »ut collegius legitur similiaque«.

coniunctionalis: Thes. nou. lat. p. 281.

connaturalis Mar. Victorin.: A, Boeth.

connaturatio: Cass. Fel. 26 p. 42 *duritias . . musculosis membranis connaturatione infixas, quod Graeci cata synfysin uocant*, Isid. (Quich.).

conniuolus: Isid. gloss. 469.

connumeratio: Mar. Merc. excrpt. Theod. Mops, 5, 2 *quando alterum alteri indifferens creditur, iuxta quod duorum uocabulum connumerationemque sortitur*, Prisc., — *connumerare* ICti, Arn., Amm., Hier. Did. spir. snct. 16 (sup. nr. 855), ep. 36, 15 *Samuel propheta connumeratus Moysi* al., intpr. in Matth. 79, an. in Iob I p. 12 *ut nomina nostra . . cum iustis connumerentur* al., all.

connuncupare: Hilar. de synod. 33 *non admittit uno atque eodem nomine potestas connuncupata dissimilitudinem potestatis*, id. Trin. VI, 50 al., Mar. Merc. Subnot. 8, 9 *connumerauit et connuncupauit et paruulos*, id. Cyrill. apol. adu. Orient. p. 952 sq. M. al., [Isid.] coll. canon. 10 (conc. Eph.) p. 84 Areu. *connuncupatur Deus*.

*conquadrare *intrans.*: Aug. c. epist. Parmen. II, 10, 20 *haec si eo modo intellegenda sunt, quo ab istis intelleguntur, nec nobis nec ipsis conquadrat ratio ueritatis*, Sidon.

conquaestio: Gelas. ep. 3 *apud Graecos de Domini nostri incarnatione nata conquaestio est*, — cf. conquaestor Varr. ling. lat. VI, 79 codd.

conquassatio: Cic. s., Cass. Fel. 51 p. 132 *quotiens intrinsecus in ipsis uitalibus membris . . conquassatio aut diruptio fuerit facta.*

930 **conquaternare:** Vict. Petau. schol. in Apoc. ex c. 14, u. 19 sq. *quaternitas est conquaternata . .* (eadem uerba hinc haud dubie mutuatum Primasium in Apoc. cit. DV), gloss.

conscensio: Cic. s., Hier. nom. hebr. p. 44 *Marala, amara conscensio.*

conscensus: Sulp. Seu., auct. Zacch. et Apoll. cons. II, 14 *se post eius* (Spiritus) *aduentum suumque conscensum* (i. ascensum sc. in coelum) *nobiscum futurum promittens.*

conscissio: Aug., intpr. Orig. in Matth. 140 *ueli.*

conscissura: Aug. in ps. 49, 9 *retia rupta significabant conscissiones et conscissuras haereticorum et schismaticorum.*

conscotinus (*σκοτεινός*): Lucif. non parc. p. 972 et 990, alludens per antiphrasin ad Photini Ariani nomen.

*conscriptor: *spec.* i. *συγγραφεύς* i. e. *καταλογάδην συγγρ.* intpr. Iren. II, 14, 4 *poetae et conscriptores affirmant* (r. Gg.), et item = *συγγρ.* Cassiod. (Epiph.) hist. trip. I, 3 *Clemens et Egesippus . . Africanusque conscriptor* (sc. historiarum), ib. *conscriptorem omnia decet ueritati postponere*, et aliq. in eod. cap., V, 45 *Ephrem, conscriptor egregius apud Syros*, II, 11 (sim. conscriptio ib. I, 3: ut autem nullus ignoratione rerum accuset mendacem esse conscriptionem', ut Arnob. rerum gestarum uel rerum conscriptiones).

*conscriptum: *s.* Facund. ep. fid. cath. p. 870 M

si quis defendit impium Theodorum et impia eius conscripta, et ib. inf.

consectatio: Cic. et Plin. ss. ll., Hilar. in Matth. 4, 28 (humanae laudis), Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. IV, 55 *hanc ecclesiarum contaminationem, quam de Manichaei consectatione uomuisti*, [Rufin.] in Os. I ad 1, 2 sqq. *errorum infectione et haeresis consectatione*, ib. ad 2, 5—7.

consectatus, us: [Rufin.] in Os. I ad 2, 5—7 *ista impudens mulier consectatui flagitiorum faciem utilitatis obtendit*, id. ib. ad u. 14—17 *consectatu idolorum*, ad 3, 1—5 *consectatu libidinis*, inc. de assumpt. B. Virg. 7 *ut . . ab eius . . non recesserit consectatu.*

940 **consecutor** Firm. m.: A.

consedere: S. S. (ut Eph. 2, 6 ap. Hier.), Aug. collat. c. Maxim. p. 736 al.

consegregatus Potam.: A p. 7*.

consempiternus: auct. Zacch. et Apoll. I, 25 *nec consempiterna maiestati illius aestimanda, quae ut aeterna sint ipse facturus est*, Leo M. serm. 46, 3, Mar. Merc. blasph. Nestor. p. 916 al., Dion. Exig., [Fulg.] serm. 52 *Filii et Spiritus Sancti cum Patre omnipotente consimilis et consempiterna potestas*, Greg. Tur.

*consentaneus: pers. q. consentiens Chromat. (in Eu. Matth.) tr. 8, 3 *qui nos cupit sibi esse consentaneos*, Cassiod. (Epiph.) hist. trip. V, 25 *Vrsacius eiusque consentanei.*

consentienter: Boeth., Cassiod. in ps. 47, 4 *conuenienter ac consentienter dixerunt . .*

*consentire: Coel. Aur. tard. III, 8, 111 *colum* (pati), *sed consentire iecur*, II, 13, 152, V, 3, 58 al., atque ita consensus tard. II, 4, 83 *consensus superiorum partium* (capitis et cerebri) *necessario sequitur* (detractionem dentis), 7, 94, III, 4, 57 et 65. Cf. 838, 964.

*consequentia: etiam, ut nos Consequenz (interdum, ut Analogie) dicimus, ueluti Hier. in Gal. I ad 2, 14 *debet ostendere, qua consequentia hoc Paulus in altero reprehendat, quod ipse commisit*, ep. 96, 6 *cuius est consequentiae perpetuitatem regni discipulis polliceri . . et ipsum carere, quod aliis tribuit?* al., Rufin. Or. in Rom. I, 16 al. (intpr. in Matth. 49 *secundum consequentiam huiusmodi solis intellegenda est etiam luna*, sim. fort. 35).

*consequi: sup. nr. 838.

consessio: Hier. in Sophon. 1, 4 sqq. *sancto pauperi ne standi quidem inter cateruas potentium et consessiones eorum tribuitur locus.*

950 *considerator*: ad DV s. u. add. Boeth. in Arist. interpr. ed. sec. I p. 398 M.

*consignare: aliquem *sc.* signo crucis Hier. uit. Hilar. 14 *singulorum lectulos et ardentia membra consignans inuocauit Iesum*, Rufin. hist. mon. 9 p. 165 *in nomine Christi consignans memet ipsum;* cf. DV s. u. 6, qui affert locos, ubi consignare est i. confirmare sacramento chrismatis, et sic consignatio habet Arn. iun. in ps. 104 *omnes qui crediderunt . . uenientes ad consignationem non inuenitur in tribubus eorum infirmus.*

consiliatorium: Thes. nou. lat. p. 110.

consiliatrix: App., anon. in Iob II p. 188 *uxorem esse oportebat omnium bonorum consiliatricem atque suffragatricem*, Hier. (?) in Iob (loc. r. Gg.), Ps. Ambr. serm. 27, 2.

consimilare: anon. in Iob I p. 86 *quem . . fulguris igni consimilans*, II p. 131 al., Aug., Primas. in Apoc. V ad 21 *aurum mundum uitro mundo consimilat*, inc. auct. de promiss. et praedict. Dei IV, 6 *ei se consimilans*, Iust. in Cant. Canticor. 7, n. 157, Fulg. M., cf. assimilare, ut u. c. Vulg. Cant. 7, 7 *statura tua assimilata est palmae*, et Ps. 48, 13, ubi Vulg.: similis factus est, uers. ap. Aug. anim. orig. IV, 2 habet: *assimilatus*, — similare Vulg. Hebr., Chalcid. in Tim. 161 *quae his similantur*, [Aug.] serm. II ad catech. 2 *comparatus es iumentis insipientibus et similatus es illis*, Primas. in Apoc. I ad 4 *quam* (ecclesiam) *similauit aquilae*, gl., cf. Diom. I p. 365.

consimiliter: Gell., Arn. II, 16 *et nos spiritum consimiliter* (sc. ac uos) *ducimus*, I, 37 al., Vigil. ep.

consipere: Gell. (inc. an priores), consipuit [Rufin.] in Os. II ad 7, 9 *nec . . post experimenta consipuit* (sapui Neue FL II, 491 sq.).

consociatus adi.: Cic. ep. superl., compar. Aug. serm. 71, 28 *quia per linguas consociatior est societas generis humani.*

consocius: Rufin. apol. I, 23 *etiam ibi* (Hieronymum) *consocium et concordem . . in his quae arguit approbo*, Fulg. M., subst. Firm. m., Cod. Iust., auct. de S. Hel. 3 al.

consodalis: Greg. ep. XIV, 16 *Augustino consodali nostro*, ib. inf.

960 *consolamen*: Hier. »ep. 62« (?), Hier. (?) ad am. aegr. I, 1 *alieni consolaminis leuaminibus non indigere.*

consolatium: Thes. nou. lat. p. 154.

consolatrix: Aug. in ps. 55, 20 *suam reliquerat adiutricem, non mariti consolatricem*, Cassiod. in ps. 5 concl. (-tor Cic., Sen., et saep. eccl., ut Hier. ep. 39, 2 al., Rufin. princ. II, 7, 4, all.).

consolidare: Vitr., Dig., Hier. in Ezech. XI ad 34 *isti quod infirmum est non confortant siue consolidant* al., Vulg. (s. S. S. uet.).

consoluere: Cass. Fel. 28 p. 47 *omnium quatuor paria pondera in uno consolues*, 17 p. 25 al., consolutus et Coel. Aur.

consonanter: Vitr. superl., Rufin. Orig. in Num. h. 26, 2 *harmonia chordarum consonanter aptata* al., Rustic. c. Aceph. p. 1189, Cassiod. in ps. 58 *Iesum Christum confiteri consonanter omnes instruimur et docemur*, Verecund. in cant. Abac. 27, Ps. Soran. quu. med. 20 *in se commixta . . tamen consonanter.*

consonantia: Vitr., Hier. ep. 21, 29 *συμφωνία consonantia exprimitur in latino*, Cens. q. f. frgm., Chalc., Boeth., Prisc., trnsl. Gell., Tert., Hier. ep. 96, 17 *mundi pulcherrimam in diuersitate consonantiam* al., Rufin. Orig. princ. II, 1, 2 *ad unius mundi consonantiam*, anon. in Iob II p. 172.

consonatio: uid. 302.

consone: App., Rufin. Orig. in Rom. III, 8 *audi, quomodo et Ioannes consone de hoc sensu loquatur.*

conspectabilis: Ps. Cypr. or. 1, 1 *Pater . . soli Filio conspectabilis*, — *conspicabilis* Hilar. in Matth. 17, 2 *ut et humanis corporibus decreta esse resurrectionis gloria doceretur, cum quando Moyses conspicabilis astitisset*, id. Trin. I, 4 *creaturarum corporeas conspicabilesque formas in elementis terrenis et coelestibus adorabant* al., Phoebad., Hier. in Os. I ad 2, 14, Rufin. Orig. princ. IV, 1, 27, Aug. pecc. orig. 23, 27 *mundi huius conspicabilis*, in Iob 1, 1, Prud., Sulp. Seu., Sidon.

conspectare: [Fulg.] serm. 1 *pater ille sub scala conspectat Dominum non scalae incubantem, sed de terra nascentem* (cf. 969).

conspersio: Rufin. Clem. recogn. III, 55 *populum conspersione sanguinis consecrare*, Pall., Cass. Fel. 45 p. 114 *centeres omnia et adiecto passo competenti ueluti conspersione in unum rediges*, Isid. sent. III, 5, 25 *secundum humoris conspersionem*, ib. 26 (cf. Coel. Aur. t. IV, 8, 121: polline lupini consperso decoctione absinthii al.); meton., ut significet ipsam massam farinae conspersione humoris coactam (*φύραμα* gl.) S. S., Tert. adu. Valent. 31 al., atque ita *consparsio* id. »adu. Marc. IV, 24«, Leo ep. 26, 1 ant. uers. *corpus . . non nostrae substantiae neque humanae consparsionis*. Nimirum sequior potissimum lingua *a* (uel diphthongum) radicalem amat reseruare in uerbis cum praepositione compositis (cons*a*crare, ob*au*dire) deriuatisque inde nominibus (detractatio, obaudientia), cf. Schuchardt Vocalism. des Vulgärlat. I, 36, Corssen Krit. Nachtr. z. lat. Formenl. p. 51 sq. Exempla, quae ipse collegeram, e Mél. gr. rom. de l'Ac. de St. Ptbg. t. III p. 411 huc transferre placuit: aspargere Ampel. 8, 16, Apic. VIII,

399, 400 al., Marc. Emp. p. 405 A (asperges ib. 409 B), conspargere Pl. Val. I, 1, Marc. Emp. p. 404 B, 408 C et saep., Aethic. Ister (qui et decadere, collaedi h. g. alia habet, Wuttke in Proleg. p. CXI), circumspargere Apic. VIII, 406, dispargere Vitr. VIII, 2, 2, Tert. adu. Marc. II, 10 al., exspargere inf. 1876, superspargere Pl. Val. I, 56, II, 11, 18, 54 al. (sed superspergere legitur ap. eund. III, 33, Solin., Arn., superadspergere Pl. Val. III, 12 all.), — impartiens Cass. Coll. XXI, 6, — praecanere Tert. (et Plin. XXIX, 21, 69), praecarpere Macr., praefacere Veg. mil. III. 6 (saltem in alterius classis —ε— codd.), defrangere S. Plac. med. ex anim. 2, 12, refrangere Aug. Conf. III, 4, 8, reiactare Pl. Val. IV, 42, consatus Solin. 9, 18 (consatio Tert. ad natt. II, 11 pro consitio), contangere Comm. apol. 556, contractare Cypr. ep. 65, 3; — circumclaudere Coel. Aur., acclaudere Cod. Theod., incausans Amm. XXII, 11, 5.

*conspectus: plur. Arat. actt. I, 257 *summi in conspectibus Domini*, II, 799.

conspicacitas: Thes. nou. lat. p. 523 al., — **conspicax** ib.

conspiranter: superl. Aug. quu. in Hept. VI, 18 *nec istos tam cito deleuisset, nisi conspirantissime contrairent.*

conspiratus med.: Suet., Tert. spect. 10 *duo ista daemonia conspirata et coniurata inter se sunt ebrietatis et libidinis* al.

conspissare: Col. VII, 8, 4 ut conspissetur, Compend. Vitruu. 30 conspissabis, Ps. Soran. quu. med. 185 conspissatur; part. perf. Col., Plin.

consputum s.: Cassiod. in ps. 68, 11 *flagella, consputa, quae . . perpessus est*, — pro consputatio Isid.

constabularius: Thes. nou. lat. p. 511.

978* **Constantiensis**: S. Ruf. breu. 27 *uerum Singarena* (sc. pugna) *praesente Constantio, et iterum Singarena, Constantiensi quoque* (h. e. in qua ipsa quoque Constantius praesens fuit), *et cum Amida capta est, graue sub eo principe res p. uulnus accepit.* Cf. 3542 et Caesariensis (Caesar) Tac.

consternanter: anon. in Iob II p. 197 *numquid consternanter tulisti requiem et gloriam?*

980 *constipatio*: Iul. Val. III, 15 *eorum constipatione custodior*, Vopisc., Amm., Nazar. pan., Hier. in Ez. VII pr. *occidentalium fuga et sanctorum locorum constipatio* al., Rufin. Orig. in Num. 27, 12, Aug. serm. 137, 2 *in aliqua constipatione hominum quando tibi aliquis pedem calcat*, in ps. 32 serm. 2, 9 al., Chalcid. in Tim. 47.

constitutiuus Mar. Vict.: A, Boeth.

constricte: Hier. in Ezech. XIII ad 44, 17 sqq. *non eos uiolenter, arcte atque constricte instar uinctorum esse cingendos*, compar. Aug.

constrictiuus: Garg. Mart. med. ex pom. 11 *sorba et praecocia poma eorum uiscida et constrictiua sunt*, ib. 9, Cass. Fel. 50 (sup. nr. 541), — constrictio Scrib. (l. r. Gg.), Th. Pr. II, 1 (uentris) al., Rufin. Orig. in Cant. II p. 416 L. *redimicula dicit constrictiones uel connexiones monilium*, Aug., Pall., Coel. Aur. tard. I, 1, 48 al.

constructor: Greg. M. dial. IV, 37.

constupere: Iuuenc., Oros. h. I pr., Euther. ep. ad Xyst. pap.

constupratio: Iulian. ap. Aug. et Sulp. Seu. ep. dub. (locos r. Gg.), trnsl. Fulg. Rusp. remiss. peccat. I, 16 *nisi perfidas ac peruersas cogitationes adulterina diabolicae constuprationis seminatione conciperent*, Ps. Hier. laus uirginit. 9 *animae.*

consubstantialitas: Cassiod. (Epiph.) hist. trip., Rustic. c. Aceph. p. 1230 *tres naturas . ., ut tamen earum consubstantialitas salua sit* et saep. al.

consubstantialiter: Greg. M., Isid. hist. Goth. 53.

consubstantiatus Mar. Vict.: A.

consuete: Hilar., Amm., Cass. Fel. 1 p. 2 *quam consuete emicranion dicunt*, 36 p. 78 al., Cassiod. (Epiph.) hist. trip. VII, 16 *uespertino consuete ministerio celebrato*, ib. inf., X, 28, XII, 2.

990 *consuetudinarius*: Th. Prisc. IV f. 317 b *cibi iter* al., Sulp. Seu., Bachiar. fid. 7, Salu. gub. D. III, 83, VI, 192, Sidon., Ps. Aug. serm. 294 (Caesar.), 7 *ad potum consuetudinarium*, Cassiod. Var. IX, 10 *quidquid a nobis supra consuetudinariam functionem augmenti nomine uel petebatur uel constat exactum, liberalitas nostra concedit* al., all.

consularicius: Nou. Iust. uers. uet. 8, 2 *quas consularicias* (administrationes) *uocant.* Cf. *quinqueuiralicius*, cathedralicius, compitalicius, natalicius, *nuptalicius* (nuptia-

licius?), riualicius Fest., *sigillaricius*, *sponsalicius*, uenalicius.

consularitas: et Hier. (?) ad am. aegr. II, 10 *dum praefecturas consularitatesque mercentur, quas potestates et mors amittit et successor excludit.*

consulentia: Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. V, 15 *pertingit ad negationem potentiae reprehensio consulentiae*, [Rufin.] in Oseam I ad 2, 3 *per hunc prophetam Dominus noster consulentiae suae pandit affectum*, III ad 13, 9 sqq., in Ioel 1, 5, in Am. I ad 5, 18 sqq., II ad 9, 7 *me . . non tamen alias gentes a mea consulentia repulisse.*

consummate: Hilar. in ps. 118 l. 11, 5 *consummate sanctus*, Hier. Did. spir. snct 8 *qui Spiritum Sanctum consummate acceperint*, Aug. Gen. ad lit. VI, 11, 19.

*consummatio: freq. eccl., sed non tam more priorum (pA inde a Sen. rh. suas. 6, 21, contr. IX, 26, 2) i. perfectio (quanquam ita quoque, ut Hier. c. Pelag. pr. 'cum ad consummationis culmen ascenderint', Vulg. Eph. »4, 12« al.), quam *syn.* finis, exitus, ut Tert. or. 5 (inf. 4419), Hier. in Is. IX ad 29, 1 *usque ad consummationem temporis gentium*, adu. Iou. II, 24 *dies iudicii in consummatione promittitur*, c. Pelag. II, 14 *de die et hora consummationis ultimae et angelos ignorare* al., Vulg. (sed et S. S. uet. »Mtth. 2, 15«: usque ad consummationem Herodis, ubi Vulg.: usq. ad obitum), Rufin. Orig. in Leu. h. 13, 2 *usque ad consummationem seculi* al., it. an. in Iob II p. 167, ib. I p. 23 *in tempore consummationis*, intpr. Orig. in Matth. 37 *mundi* al., — atque ita consummare, ut Hier. in Is. VI ad 16, 6 sqq. *consummato Antichristo et*

parente eius diabolo . . praeparandum esse solium in misericordia.

consummatorius: Eust. Hexaem. II, 3 (ignis, aqua, aer) *utpote mundi consummatoria simul sine dubio processerunt*, III, 10, IV, 5.

consummatrix: intpr. Iren., Ambr. (?) in Rom. ad 7, 24sq. *salutis*, -tor Tert., Cypr. laps. 7, S. S. Hebr. (Rönsch p. 56), Bonif. pap. II ep. 1 *auctor consummatorque fidei.*

consumptio: Ad Her. (?), Cic. s., Vulg., Aug. in Ioann. tr. 41, 12 *quae est perfectio boni, nisi consumptio et finis mali?* al., Cass. Fel. 40 p. 90 *uirium*, Primas. in 1 Cor. 15 *aliter dicitur finis, qui pertinet ad consummationem, aliter, qui pertinet ad consumptionem.*

consumptorius: Cassiod. in ps. 65, 10 *iste ignis non consumptorius, sed purgatorius est* (consumptor Cic., all.).

1000 consurrectio: Cic. ep. s. et har. resp., Hier. nom. hebr. p. 117 *tecti in priora* al.

consutilis: S. S. uet., Hier. in Eph. II ad 4, 28 *tunica ecclesiae . . nulla ex parte consutilis* al., intpr. Orig. in Mtth. 128.

consutio: Hier. in Ezech. hom. 3, 4 *disrumpit consutiones nequissimas*, Ps. Soran. quu. medic. 233 *consutio iuncturam . . et conglutinationem futuram pollicetur*, 245 (s. u. discoriatio).

contaminate: inc. quu. ex utroq. Test. 126 *si quis . . turpiter et contaminate uersetur.*

contaminatio: S. S. uet. et Vulg., ICti, Arn., Hier. in Is. VII ad 23, 8 sq. al., Rufin. Orig. in Rom. IX, 42 *omni suspicione contaminationis* al., [Rufin.] in Os. II ad 4, 15 *contaminationem quoque fratris quasi lucrum aliquod expetiuit*, Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. I, 31 al., Aug. c. Iul. III, 26, 64, Obseq.

contaxare: inc. de unit. Trinit. p. 1207 t. 42 M. *quod* (Spiritus) *Trinitati contaxatur, quod nouit, capit et regit omnia, . . quod apostolos eligit.*

contectio: Aug. c. Iulian. II, 6, 16 (s. u. succinctio).

*contemnere: c. *inf. act.* q. recusare, omittere App. apol. 91, Tert. pat. 5 *quid primum fuerit ille angelus perditionis, malus an impatiens, contemno quaerere*, Spart. Hadr. 21, 14, Zen. II, tr. 74 *quod eius statuam adorare contempserint*, id. tr. 76, Hier. ep. 147, 3 *audire*, c. Ioann. 39 *respondere*, Cassiod. (Epiph.) hist. trip. XI, 15, Greg. hist. Franc. IV, 14 *quod tributa contemnerent reddere.*

contemperamentum interpr. Iren.: A p. 8*.

contemperatio: Aug. quant. anim. 59 al., Mar. Merc. Nestor. ep. 1, 3 et 2, 3, — *contemperare* App., Apic., M. Emp. 309 C *puluis collectus ex melle et bene contemperatus* al., Veg. u., Aug. Trin. XI, 2, 3 al., Cl. Mam. an. I, 14, Mar. Merc. Nestor. serm. 8, 2, Dracont., Boeth., Anthim.

contemplabilis: pass. Hilar. Trin. VIII, 48 *corpoream et contemplabilem imaginem*, Hier. in Is. XVII ad 63, 4 sq. *nec oculis contemplabilis*, Chalcid. in Tim. 134 *nec inuisibiles semper, sed interdum contemplabiles*, 235

(non: Tim. 135 et 237), Cl. Mam. an. I, 14, II, 4, 2 al., al. Amm.

contemplatus part.: *pass.* Amm., Rufin. Pamph. pro Orig. 3 in. *fide . . inuisibilibus contemplatis.*

contemporalis: Tert., Hier. Eus. pr. in chron. *Semiramim et Abraam contemporales fuisse*, Mar. Mercat. Nestor. serm. 12, 12 *et deitatem carni contemporalem non audens facere.*

contemptibiliter: Aug. doctr. christ. IV, 28 *quia non c. uiuit* al.

contemptuosus: Thes. nou. lat. p. 588.

contenaneus: Gennad. catal. 80 *sacramentorum non paruum uolumen . . supplicandi Deo et contestandi beneficia Eius soliditate sui contenaneum.*

contenebrare: S. S. uers. ant. (et Vulg.), Tert., Aug. in ps. 57, 22 *quid intersit inter contenebratum oculum cordis et oculum illuminatum cordis* al.

contenebratio: Aug. serm. 16 ex. *dies bonos sine contenebratione*, Prosp. in ps.

contenebrescere: uid. 901.

contenebricare: S. S. Lament. 2, 1 ap. intpr. Orig. in Matth. 8 *quomodo contenebricauit* (Vulg. obtexit caligine) *Dominus in ira Sua filiam Sion?, intr.* Ioel 2, 10 ap. eund. 48 *sol et luna contenebricabunt* (Vulg. obtenebrati sunt), III Reg. 18, 45 ap. Lucif., atque ita intr. simplex tenebricare S. S. locis a Rönsch It. p. 159 allatis.

1020 contentiose: Quint. decl., Hier. ep. 106, 55 *si contentiose uerba scrutamur et syllabas*, adu. Lucif. 7 et saep., Vulg., Rufin. Orig. in ps. 36 hom. 3, 3 *dum contentiosius agimus* al., Aug.

contestatorius: Leo ep. 23, 1 *ut contestatorios libellos in Constantinopolitana urbe proponeret* (exempl. gr. *διὰ μαρτυρίας λιβέλλους ἐν τῇ K. προθεῖναι*), fragm. iur. civ. ed. Mai. »p. 41«.

contextio: Auson. perioch. Iliad. prooem. 4, Veg. m., Aug., Egesipp. IV, 7 *non ex contextione sermonis, sed ex serie negotiorum*, [Rufin.] in Ioel 2, 30 sq. *operis tota contextio*, inc. de promiss. et praedictt. Dei II, 22, 45 (capillorum), Macr.

*contiguus: pass. Verg., Arn. II, 30 *quod contiguum non est et ab legibus dissolutionis amotum est* (‚licet . . ambiatur flammis . ., illibatum necesse est permaneat), ib. 15, Chalcid.

continuanter: Aug. Gen. ad lit. IX, 15 s. f. al., uers. Ignat. ep. ad Polyc. 3 *continuanter curre.*

continuatim: i. continue, continuate, non »sogleich darauf«, quod Gg. temere retinuit locis, quos ipse apposuit, siue non intellectis seu ne inspectis quidem: Charis. II »p. 209« *nesciens, quia, ut continuo statim est, continuatim frequentatiuum*, Aug. Gen. ad lit. V, 10, 85 *non continuatim, sed maculatim colorata uestis*, doctr. chr. »IV, 7, 20« ‘et nihil patiebantur super contritione Ioseph’ (Am. 6, 6), *siue continuatim dicatur, ut unum sit membrum* (ein Satz), *siue decentius suspendatur ‘et nihil patiebantur’, et post hanc distinctionem inferatur ‘super contritione*

Ioseph', Oros. hist. IV, 5 *ecce continuatim quae et quanta numeramus accidisse annis singulis*, [Iul. Rufinian.] schem. lex. 8, Boeth. (ueluti »in Arist. Categ. 2 p. 207 M«: partes .. sibi perpetue continuatimque coniunctae sunt), Ven. Fort. uit. Germ. 38 *quem sanctus continuatim per triduum sacro liniens oleo*, Adaman. locc. sanct. 1, 1, alii, gloss. *συνημμένως*, *συνεχῶς*, continuatim.

continuitas: Varr., Cassiod. in ps. 1, 2 *est et alibi praedicata ista continuitas.*

contionabulum: Thes. nou. lat. p. 114 et 143.

contionator: Cic., Fronto, Hier. adu. Iouin. I, 4, in Eccl. 1 p. 383 al., Aug. (loc. r. Gg.), Mar. Merc. Subnot. 8, 26; — contionari quem q. praedicare Tert. resurr. carn 39 *apostolis negotium fuit .. Dei in Christo contionandi.*

contonare pers.: Hier. ep. 14, 6 *diuinis Euangelium uocibus contonat: Non potestis duobus dominis seruire*, impers. Plaut.

1030 contortio: pr. Ad Her., al. Coel. Aur. tard. III, 1, 28 spinae, trnsl. Cic., Aug.

contortuosus: uid. nr. 198.

contradere: S. S. uet., [Rufin.] in Os. I ad 2, 14 sqq. *uinitores ingentis botri gratiam nobis in mysteriis contradentes*, III ad 10, 11 sq., in Ioel 2, 32 et 3, 4 sqq., Paulin. bened. 11, 2 *perfectioribus solidum doctrinae cibum*, Cassiod. Var. »V, 6« al., (Epiphan.) hist. trip. IX, 20 et saep., Greg. M. (unicum uerbum con-trans- praefixum). Cf. Rönsch It. p. 207.

contradictiuncula: Aug. cons. euang. I, 8, 13 et 30, 46, Vigil. Taps. contra Eutychet. V, 7 *ad eorum inanes contradictiunculas . . ueritatis malleo obterendas.*

contradistare Chalcid.: A.

contraire: Arn., Hil., Hier. saep., ut adu. Lucif. 24 *qui sententiae suae contraierant*, in Is. XVIII pr. *multorum ueterum uidebimur opinionibus contraire*, Vulg., Rufin. Orig. in Num. h. 14, 2 p. 160 L., Cassian. inc. Dom. VII, 5.

contramilitare S. S. ap. Hilar.: c p. 9.

contrariari Theod. Prisc.: A.

defatiscere act. pro defetisci: Ps. Aug. serm. 192, 3 *defatiscente fide defatiscit et semita.*

---

et *praeexsistere* (4184), *praeexsistentialis* Mar. Vict., *praedefinire* (4168), *praefinitiue* intpr. Iren., *praeformatio* (4196), *praeiactitare* Cassiod., *praeintellegere* Mar. Vict., Rufin., Boeth. et *praeintellegentia* Mar. Vict., *praemagnus* Boeth., *praenotatio* (4227), *praenubere* (4228), *praeordinatio* (4233), *praepollentia* Aug., *praeprincipalis* Mar. Vict., *praeprincipium* Cand., Mar. Vict., *praeregnare* excc. de impp., *praesignatio* (4260), *praespeculari* depon. Rustic. (part. perf. pass. Amm.), [225] *praesubsistere* Rustic., *praesumptrix* Petr. Chrysol., *praetitulatio* (4285 b), *praetumere* Cassiod. in ps. et (Epiph.) hist. trip., *praeuaricatorius* (4294), *praeuentio* (4296), *presbyteralis* (4307), *primitiualis* Rufin., *primitiuatus*, us (4312), *primogenitus*, us inc. geneal. patriarch., *principator* (4306), *procliuium* (4329), *prolator* (4365), *prolitare* Zeno, *promulgatrix* Gelas., *proprietarius adi.* Cassiod., *propriificare* Rustic., *propriificatio* id., *prouector* (4422), *pseudocastus* Praedest., *pseudochristianus* Lucif., Aug., *psiathus* Vigil. Diac., Dionys. Exig., *psoalgicus* Th. Prisc., *puerarius* (4438), *pullulamentum* Petr. Chrysol., Dionys. Exig., *quadragesimalis* (4484), *rabidosus* Lucif., *reaedificatio* Marcellin. chron., *recaptiuatus* intpr. Iren., *recompaginare* Hier. (?) ad am. aegr. II, 7 'in proprium suum corpus . . articulatim recompaginandum', *reconciliatrix* Cassiod., *reconfirmare* Primas., *reconstruere* Cassiod., Iorn., *reconuertere* Facund., *recrastinatio* (4569), *refiguratio* Eust. Hex., *registoria* Caesar., *reignire* Rufin., *reinterpretari* (4618), *relaxatorius* (4628), *relectio* (4629), *renascibilitas* (4655) *repensio* (4669), *repensor* (4670), *replasmare* intpr. Iren., Vigil. Taps., *replasmatio* Vigil. Taps., *repropitiatio* Rufin., *repropitiator* id., *repropitiatorium* id., *reptibilis* (4683), [275] *repudiabilis* Gelas., *reserabilis* Cassiod., *reseratio* (4697), *resigillare* Verecund., *resolidare* (4700), *restructio*, *resultator* Cssd., *reuelamen* Zen., *reuersus*, u Mar. Vict. gramm., *reuiuefacere* Mar. Vict., *reuiuiscentia* id., *rhythmizari* intpr. Iren., *roborabiliter* Greg. Tur., *roboramentum* Gelas. pap., *sacerdotaliter* (4800), *saluamentum* Venant, *sapidulus* (in 4831), *sarcitector* Isid. or. XIX, 19, 2, *sarsorius* (cf. 4836), *scholarius* (4867), *scissibilis* Th. Prisc IV f. 316 a, *scrutinare* (4888), *sedecennitas* (4900) [quorum quidem quatuor esse apud Gg. ed. 7 nunc animaduertimus, at multum tamen ἐνδεῖ τοῦ τελέου].

defectibilis: Aug. serm. 362, 11 *cum portamus istam defectibilem infirmitatem, cui etsi cibus nunquam desit . . non tamen efficit, ut mors non sit futura.*

1240 **defensabiliter** (defensibiliter?): Cassiod. in ps. 79, 12 *maceria . . quae solet uineas defensabiliter circuire;* — adi. defensabilis exstat iam apud Ambr., defensibilis tamen legitur apud Cassiod. de anim. 2.

defensor: Ter. Andr. 813 al., Afran. fr. 323 R., Cic., cett.

deferuĕre: Stat. Theb. III, 314 *tunc me sanguineo late deferuere campo . . uidebis*, cf. efferuĕre id. VII, 795 al., feruĕre Neue FL II p. 422. Deest illud ap. Gg., sed habet Neue l. l.

deficax: Facund. defens. tr. capit. V, 2.

deficienter: i. elliptice Hier. in Is. hom. 7, 4 *'non gens ad deum suum'* (ex Is. 8, 19). *Deficienter autem dicitur non gens ad deum suum exquiritur.*

definienter: Aug. in Ioann. tr. 14, 8 (si nondum accepisti testimonium eius:) *accipe, et signas, . . definienter agnoscis, quia Deus uerus est.* Cf. s. uu. conspiranter, dissonanter, interroganter, reluctanter, renitenter, et alia huiusmodi Augustiniana, ut continuanter Gen. ad lit. IX, 15 s. f. al., doctitanter »Gen. ad lit. imperf. 6« (doctitare gloss.), inconuenienter, inhianter inf. 2787, inobedienter, nescienter, omnipotenter, praefidentius, praetereunter ep. 9, 4 al., proficienter (4352). Cf. ad nr. 5944.

definitior: Mar. Vict. adu. Arium I, 49.

*definitiuus: *transl.* (bestimmt, entscheidend) Tert., Rufin. Pamph. pro Orig. p. 295 *haec quasi definitiua pronuntiare sententia*, Cod. Th. I, 10, 3, Nou. Theod., C. Iust., Prisc.

deflammatio: Ps. Soran. quu. medic. 245 (cauterismo subiacere) *incensionem et deflammationem et cetera his similia.*

*deflectere: *al.* Aug. in ps. 140, 25 (si interrogetis bene Graecos, negant graecum esse pascha.) *sonat ibi quidem πάσχειν, id est pati, sed non solet sic deflecti: passio enim πάθος graece dicitur, non pascha.*

1250 *deflexio*: Nazar. pan., Ambr. Abr. II, 7, 39 (morum) al., Aug. cons. euang. II, 4, 10 *Iechonias, a quo facta est quaedam in extraneas gentes deflexio, quando in Babyloniam transmigratum est*, ib. inf., Macr., Coel. Aur. ac. III, 9, 99, Chalcid., — deflexus, us Val. Max., Hilar. in ps. 118 lit. 3, 17 al., Ambr.

deflorare: q. delibare Hier. ep. 130, 19 *quidquid dici poterat, in illis opusculis defloratum est*, Cassian., Cassiod. inst. diu. (l. r. Gg.) al., Primas. in Apoc. pr. *etiam a Tichonio certa, quae sano congruunt sensui, defloraui, . . importuna reseruans*, it. inf., — atque ita defloratio Tert., Cassiod. (Epiph.) hist. trip. XII, 5 (r. Gg.) (Cyrillus Alexandrinus) *episcopus defloratione quasdam* (i. excerpta) *librorum Nestorii faciebat, eum turbare uolens*, quae prope totidem uerbis leguntur ap. Liberat. breu. 5 (al. deflorare Amm., Ambr., all., -tio Ambr.).

defloratiuncula: Ps. Aug. Specul. 33 *non temeritate praesumptionis, sed auiditate tui desiderii huic defloratiun-*

culae operam dedi, ut breue et manuale uerbum mecum de te semper haberam, ex cuius lectione, quoties tepefio, in tuum reaccendar amorem.

defloratoR: Hier. (?) ad amic. aegr. ep. II, 5 uirginitatis.

defluxio: pr. Firm. m. III, 7, 8 *gonorrhoeam id est defluxionem seminis*, Coel. Aur. saep., ut tard. II, 14, 218 humoris, I, 4, 127 *purgatiua medicamina . . defluxionem corporis facient*, ac. II, 10, 63 al., Cass. Fel. 4 in. *capillorum*, 40 p. 90, trnsl. q. emanatio Aug. ad Oros. 2 *quoniam* (animam) *particulam uel defluxionem Eius non esse constat*, al. (astron.) Firm. m. IV pr. p. 84 (r. Gg.) *coniunctiones* (lunae) *ac defluxiones* (cf. IV, 19 in.: quas uocant Graeci *συναφείας* uel *ἀπορροίας*), IV, 9 in., 19 med., cf. IV pr. p. 85 'quibus (stellis luna) se coniungat, et a quibus defluat uel recedat'.

defoedare: [Fulg.] serm. 69 *noli defoedare coronam meam*, serm. 67.

defoliare: Dosith. ars gr. p. 64 *defolio ἀποφυλλίζω*, Eutych. ars p. 450, gloss.

deformatio (*μόρφωσις* . .): Vitr., Hygin. P. A., S. S. 2 Tim. 3, 5 ap. Cypr. unit. cath. 16 *habentes deformationem religionis* (Vulg.: speciem quidem pietatis), Firm. m., Rufin. Orig. princ. I, 2, 2 *in hac sapientiae subsistentia omnis uirtus ac deformatio futurae inerat creaturae*, II, 11, 4, M. Cap., Iul. Ruf. sch. dian.

defricatio: Coel. Aur., Cass. Fel. 53 *post defricationem adhibitam lana munda operire*, 55 p. 144 *defricationibus ceromaticis.*

**defunctio* i. mors: Vulg. Sirac., intpr. Iren., Facund. c. Mocian. p. 860 *ut post CXX suae defunctionis annos damnaretur*, all.

defurere: Eges., Hier. in Gal. III ad 5, 17 *contra se inuicem defurentes seque mordentes.*

1261 **degenerositas**: Greg. M. in I Reg. IV, 4, 25 *superna luce splendent et nihil degenerositatis habent.*

degradatio: Aug. c. Crescon. III, 48 (r. Gg.) *presbyteri . . facinus sola degradatione punire*, IV, 11 al., Greg. M., Thes. nou. lat. (cf. DV); — *degradare* ita (degradiren) Hilar., Aug. serm. 355, 6 *si quem hoc facientem degradare uoluero*, Bened. reg.

degustatio: Tert. (l. r. Gg.), Vlp. Dig., Petr. Chrysol. serm. 98, inscr.

degustator: Cassian., De miracc. S. Steph. II, 3, 1 *ut degustator haustum uasis merum applicuit iudicio labiorum.*

dehabere: Hier., Arn. iun. De Deo trino I, 9 (r. Gg.) *unusquisque lapis uerus ita est, ut nihil dehabeat, quo possit alius uerior existimari*, ib. c. 16.

dehonestas: Hilar. Trin. XI, 6 *neque formam serui usurparent ad formae Dei dehonestatem*, Aero (l. r. Gg.).

dehonestatio: Tert., Hilar. in ps. 143, 4, Bachiar. ad Ianuar. 13 *ulciscetur nos milites suos, quibus in dehonestatione sua fecit ista inimicus.*

dehonorare: Rufin. Orig. in Rom. II, 5 *dehonorasti iustitiam* (i. honorem debitum ei non reddidisti), Oros.,

Cod. Th., Salu., Cl. Mam. an., — *dehonoratio* Greg. M. (Quich.), Isid. ep. 4, 6 *dehonoratio nominis siue dignitatis*, Adaman. locc. sanct. III, 5.

dehortatorius: Tert., Hier. in Ezech. hom. 7, 10 *qui dehortatoriis a fornicatione indigent sermonibus.*

1270 **deicida:** Petr. Chrysol. serm. 172 *Iudaeos haec* (inuidia) *fecit esse deicidas; deicidas diximus, non quo peruenit, sed quo facinus hoc tetendit,* »Placid. gloss.«

deicola: Hier. c. Ioann. Hierosol. 38 *iste est, quem . . ut uerbum exprimamus e uerbo* (θεοσεβής), *deicolam possumus dicere*, Martin. Dumiens. formula honest. uit. 1.

*deiectio: pr. spec. (alui, uel abs.) Cels. I pr. p. 11 Daremb., c. 3 p. 18, II, 1 . . ., Scrib. 90, 142 . ., Sen.; trnsl. *abus.* Hier. in Luc. h. 8 *mansuetudinis sectantem deiectionisque uirtutem.*

deificare: Rufin. Orig. in Leuit. h. 3, 5, Aug., intpr. in Matth. 33 *deificauit quam susceperat humanam naturam*, Cassiod.

deificatio: Nestor. in Coelestin. pap. epp. 6, 2 *blasphemant ipso uerbo deificationis*, Mar. Merc. (DV).

**deificus* pass.: S. S. Prou. »2, 17«: *et testamentum deificum* (Aug. Spec.: t. diuinum) *oblita est*, Cypr. sententt. episc. 8 *ex scripturis deificis*, ep. 52, 2, 75, 7, Aug. patient. 17 *illa* (patientia) *terrena est, ista coelestis, . . illa diabolica, ista deifica*, an. in Iob II p. 129, Innoc. pap. I ep. 2, 2 *disciplinam deificam populum erudire debemus*, Reg. Bened. prol. *apertis oculis nostris ad deificum lumen*, Coel. Aur. Cf. pass. largificus Pacuu. (grando mixta

imbri largifico . . cadit), *modificus* Aus. (cui breuia mela modifica recino), regificus Verg. (luxus), Val. FL., Ambr., *serenificus* inscr. metr. (coelum), *stellificus* (DV), uastificus Cic. p. belua (cf. sup. 285), etiam pass. et magnificus, laetificus (hist. trip. VIII, 1 hilarior et uultu laetifico).

Deipassianus: Marcellin. Com. Chron. ad a. 512 *Deipassianorum quaternitas*, Rustic. c. Aceph. p. 1215 *qui Deum passibilem dicunt, Deipassiani uocantur.* Cf. traducianus inf. 5695.

deitare: Rustic. c. Aceph. p. 1201 *Deo inhumanato, homine uero deitato, uel qualitercumque quis nominat*, it. p. 1192 A, 1203 AC al.

deitas: Arn. »I, 28«: a quo ipsam deitatem, ut ita dicam, sortitos esse se sentiunt, Hilar. in Matth. 16, 4, Hier. in Eph. II ad 4, 5 sq. *absit, ut non sit in dominatione deitas uel in deitate dominatio*, id. Did. spir. snct. 18, 29 al., Rufin. apol. I, 4, II, 47, id. Or. in Rom. III, 8 al., Aug. »C. D. VII, 1 in.«: hanc diuinitatem uel, ut sic dixerim, deitatem, nam et hoc uerbo uti iam nostros non piget, ut de graeco expressius transferant id quod illi *θεότητα* appellant, Prud., anon. in Iob I p. 52 *deitatis in se accessum non sustinens* al., Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. I, 38 al., Arnob. iun. confl. I, 18 et saep., Praedest. I, 26 al., all.

delauatio: Theod. Prisc. III, 5 (r. Gg.) *post matricis delauationem*, »gloss. gr. lat.«, — uerbum Th. Prisc. — delauatus I, 32 *non delauatis prioribus* (delotus IV f. 314a), delauabis I, 1 et 4 —, Apic. VIII, c. 7 *porcellum*

praeduratum liquamine delauas, Cass. Fel. 19 p. 29, cf. praelauatus Th. Pr. I, 27.

1280 delectabil*iter*: Gell., Rufin. Orig. in Num. h. 27, 12, Aug. Ciu. D. XIX, 1, 2, doctr. chr. IV, 11, 26, compar. id., an. in Iob III p. 233 *diem natiuitatis suae delectabiliter celebrare student*, Cl. Mam. an. I 23 (r. Gg) *agitur anima . . et delectabiliter et poenaliter*, intpr. Ignat. (adiectiui not. superl. Herm. Past. III, 9, 1 *aspectum delectabilissimum*).

*delectare *al.*: an. in Iob III p. 233 *carnalem hanc solam delectantes uitam* (dilectantes?) *ac sola terrena . . respicientes.*

*delectatio *q.* irritatio c. gen.: Coel. Aur., Cass. Fel. 46 p. 117 *subito urinae egerendae delectationem patiuntur.*

delectatiuncula: plur. Gell., *sing.* Ps. Cypr. dupl. mart. 35 *ob breuem carnis delectatiunculam.*

delegator: Cassiod., Nou. Iust. uers. uulg. 126, 1 al.

delenificus: pr., Fronto, Aus., Symm. ep. III, 6 *tua delenifica et suada facundia* al., Ennod. ep. VII, 12, VIII, 1 et saep.

- *deleticius*: Vlp. Dig., inc. (sec. V) contra Fulgent. Donatist. 12 *habes Victorem . . quatuor euangelia ueluti deleticia comburentem.*

deliberare (*délivrer*): Tert. adu. Marc. II, 19 *ad deliberandas animas eorum de morte*, IV, 21 *decem mensium cruciatu deliberatus*, adu. Valent. 29, cf. Du Cange s. u.

delicatissime: Hier. ep. 118, 7 *a matre educatus.*

deliciari: S. S. uet. s. (Rönsch It. p. 155), Rufin. Orig. in ps. 36 hom. 2, 6 *κατατρυφήσουσιν, id est deliciabuntur magis, quam delectabuntur . . iste deliciatur uel delectatur in multitudine pacis*, id. in Num. h. 21, 1, in Cant. III p. 29 *deliciari uolentibus* al., Petr. Chrysol. serm. 16 *deliciantur foetore*, Ruric., Alcim. Auit., Venant., gloss.

1290 *deliciose*: Aug. »serm. 66 ed. Mai., n. 3«, intpr. Orig. in Matth. 61 *large et deliciose nutriti*, Anthim. obseru. cibor. 24 *ad uiros deliciose uiuentes et diuersa ciborum sumentes; a di.* Ambr., Aug., ut Gen. c. Manich. II, 9 in. *quoniam in nemoribus deliciosa quies hominum esse solet*, Gen. ad lit. VIII, 10 *positus est homo in paradiso, ut operaretur eundem paradisum . . per agriculturam non laboriosam, sed deliciosam* al., M. Cap., Salu. auar. II, 6 *diuitem non uult, quam deliciosam esse non patitur*, Petr. Chrysol. serm. 54 *ut adulescentiae labores senectus deliciosa compenset*, Sedul., Cassiod., Ven. Misc. III, 14, 11, all.

delictor: Cypr., Commod. »instr. 53«, Hier. adu. Pelag. III, 18, Aug. c. du. epistt. Pelag. IV, 8, 23 *si etiam grauissimis delictoribus, . . cum postea crediderint, remissa peccatorum datur*, c. Iul. I, 3 6 al., Ps. Aug. serm. 103 s. f. *lex peccati . ., quam primus delictor excepit.*

delimare: Plin., Marc. Emp. p. 254 A, Isid. eccl. off. I, 37, 3.

delineatio: Tert., Hier. nom. loc. hebr. p. 123 *facta ueteris Iudaeae delineatione ac diuisis tribuum sortibus,*

atque in his ut in picturae delineatione metropolis Ierusalem et templi insculpta imagine.

delinitio: Meliton. Clau. IV, 11, 2, Nou. Iust. uers. uulg. 107, 3.

deliquatitudo (deliquatus): Cassiod. in ps. 67, 3 *quoniam in iudicio Dei a facie Ipsius sic dispereunt peccatores, quemadmodum cerae deliquatitudo proximo igne consumitur.* Cf. uett. beatitudo Cic. et postt.; partitudo Plaut. Aul., postt., sanctitudo pr(isc.), — recc. directitudo Cassiod. (inf. 1482), disertitudo inf. 1510, promptitudo, rectitudo, praeterea syncopata (uidelicet -ti- ante inclinamentum, quod est -tudo, eliminata): assuetudo, consuetudo, desuetudo, mansuetudo, sollicitudo, recc. dissuetudo, insuetudo, inquietudo, quietudo.

deliramentum: Plaut., Plin. II, 5, 17, Fronto, S. S. Luc. »24, 11«, Lact. ir. 10 al., Ambr., Eges. V, 22 *deliramento quodam senectutis*, Hier. adu. Rufin. III, 22 *absit ut . . in ecclesiastica disputatione anilium iurgiorum deliramenta compingam*, ib. 32, adu. Vigil. 13 *mulierc ularum deliramenta*, in Matth. III ad 22, 24 sqq. et saep., Sulp. Seu., Prud.

delubricare: Eust. Hexaem. III, 4 *fluitans aqua semperque ad inferiora delubricans;* — inlubricans App., lubricare transit. Iuuen. et postt., cf. inf. 3239.

deluere: Gell. (nunc add. Gg.), Aug. c. sec. resp. Iul. IV, 118 *cur eorum, quos prudentes uiros dicis et catholicos sacerdotes, te dicta defendere atque deluere . . mentiris, si et ipsa dissiliunt fulminibus tuis? si autem*

defenduntur atque deluuntur, et ob hoc manent integra, ipsis tu potius fulminaris . . nam quod ait Ambrosius . ., si falsum esse dicis, oppugnas ergo prudentium uirorum . . dicta, non defendis ac deluis . ., Iulian. l. c. 105, Agroec.

delusio: Arnob., intpr. Orig. in Matth. 125 *ut uideatur illa delusio eorum* (daemonum) *potius fuisse quam hominum* (resp. Matth. 27, 29; deludebant eum, ubi Vulg.: illudebant ei), Dion. Exig. (DV), inc. schem. dian. (Gg.)

1800 **demarcescere:** Hier. (?) in psalm. 89 (herba quae uiret ac floret . .) *ad uesperam quasi demarcescit et decidit.*

demersus: adi. Rufin. Orig. in Cant. III p. 10 Lomm. *qui . . demersiora scrutantur*, Coel. Aur. acut. II, 32, 165 (pulsus) *sui comparatione demersior.* Participiorum perf. pass. instar nominum attributiuorum per comparationis gradus motionis exempla recc. hoc loco addimus haec: armatior Aug. ep. 73 s. f. (superl. »Sen. Benef. V, 4«), auctoratior Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. IV, 111 ‹dictiunculas protulisti, quibus si aliquid auctoratius potuisses offendere, ab his procul dubio temperasses' (cf. sup. s. u. auctorate), contextior Oros. h. I, 21 *contextiora illorum temporum mala*, definitior sup. 1246, *delicatissime* 1288, *desiderantissime* inf. 1360, *inconuenientissime* inf. 2587, eliquatior inf. 1640, eneruatior Diom. III p. 514, Boeth., exercitior Coel. Aur. tard. I, 4, 99, c. P. Diac. ep. Festi p. 81 M., expurgatior inf. nr. 1857, feneratior Ambr. De paradiso 8, 41, impressior App. Polem. Physiogn. p. 106 Rose (Anecd. I), it. p. 141, incensior inf. 2514,

inculcatius 2611, lucubratissimus s. u. 'lucubratus', obstrictius s. u. obstricte, peccantior 3833, radicatior 4523, perpensior Ambr. in Luc. II, 1, segregatior Rufin. inf. 1857, separatior Ambr. De Elia 17, 91, superabundantius inf. 5465, tornatior inf. 5680.

deminutiue: Suet. fr., Non. p. 11b, Hier. in Ezech. comm. IV ad 16, 12 *non rotas . ., sed rotulas deminutiue* al., P. Diac. ep. Fest., all. pstt. ap. Gg. (adi. Tert., Non. p. 12b, Diom., Veg. m., pstt.).

demollire: schol. Pers. (l. r. Gg.), Greg. M. ep. XII, 33 *nulla te rerum desideria, nulli terrores . . a reuersionis tuae feruore demolliant.*

demonstrabilis: Boeth. Arist. anal. post. I, 8 *quaecunque demonstrabilia esse accipit, ipse non demonstrans*, ib. inf., 18 al.

demonstrator: Cic., Col., Tert. (apol. 23 Aesculapius medicinarum d.), Ambr. off. min. I, 1 *beatitudinis adipiscendae*, Hier. c. Ioann. 9 *Isaias uirginis demonstrator*, Isid. sent. II, 11, 11 *iustitiae.*

demonstratrix: Hier., Tichon. sept. regul. 3.

demoratio: Hilar. in ps. 138, 23 *loca humanae demorationis*, S. S. Vulg. Prouerb., »Aug.«

demorosus: Thes. nou. lat. p. 180 *mora plenus.*

demorsus, us: Thes. nou. lat. p. 278.

demptio: Varr. L. L., Non. p. 127a, S. S. uet. Exod. ap. Aug. quu. in Heptat. II, 168 et al. ap. eund. (ibi me-

ton. = *ἀφαίρεμα*), Hier. adu. Iouin. II, 11 *idcirco esse necessariam demptionem, ut rursum habeant in quae possint crescere*, Rufin. Orig. in Leuit. hom. 5, 12.

demundinare: gloss. Isid. 523 *demundinat, omnibus notum facit.* Sed Löwe Prodr. p. 381 e gloss. denundinat, it. Hildebrand Gloss. lat. Paris. p. 98.

demutabilis: Tert. adu. Hermog. 39, Hilar. in ps. 52, 11 *et affectu demutabiles sumus et tempore* al., Prud.

demutatio: Cic. rep. s., Tert., ut adu. Marc. IV, 1 *demutatio ueniens ex innouatione*, res. carn. 55 aliq. al., Hilar. in ps. 128, 9 *in poenalem corporis sensum amissa resurrectionis demutatione redeuntes*, in 51, 23 *humanarum demutationum et motuum uitia*, ib. 22, in ps. 2, 18 et 41, in 52, 8, 11, 12 et freq., Hier. c. Ioann. 31, Hier. (?) in Iob 15, intpr. Iren.

denegatio: Philastr. (DV), intpr. Orig. in Matth. 45 *dicens denegationem non esse denegationem*, ib. 88 *ut . . in denegationem non cadam*, ib. inf., 114, Eust. Hexaem. VI, 10 *caloris*, Gild.

denominatio: *q.* nominatio Euanth. p. 5 Reiff. *inest . . denominatio ciuium, de quibus libere describebatur* (r. Gg.), C. Th., Boeth., Nou. Iust. uers. uulg. 30, 2, al. i. metonymia iam auct. ad Her.; *al.* Vel. Long. orth. 2228 P. *quod aliae quoque denominationes* (ab eo q. e. manus) *per eandem literam* (i) *exeant, ut cum manicas, maniculam* (dicimus).

*denotare: sc. cum ignominia Suet., Tert., ICti, Hier. c. Ioann. 23 *tunc nos calumniae denotabis;* — ita

denotabilis Dosith. p. 55 (r. Gg.) *denotabilis persona* (*ὑβρισμένον κατεστιγμένον πρόσωπον*).

densescere: Paulin. Petrocor., »Greg. in Iob«, Aldh. de VIII uitiis 280 *inde praua seges gliribus densescit acerbis.*

denuntiatus, us: [Rufin.] in Amos II ad 7, 4 *huic quoque denuntiatui audet obsistere.*

deoperire: Plin. (? l. r. Gg.), Marc. Emp. (l. r. Gg.), Ambr., Hier. (?) ad am. aegr. ep. II, 20 *mors mentitae beatitudinis deoperta uelamine*, Ian. Nepot., Isid. quu. in Leuit. II, 16 *deoperto capite.*

depălare: Cassiod. (Epiph.) hist. trip. III, 2 *accusauerunt Symeonem, tanquam amicus esset Caesari Romanorum, eique Persarum negotia depalaret*, Ps. Cypr. de Sina et Sion 11 (r. Gg.), Fulg. myth., ut III, 6 *desiderii flammam in pectore absconsam depalat.*

depastio: Plin., Cassiod. in ps. 79, 13 *ut gentem et ciuitatem quasi herbarum pabula terribili depastione consumerent.*

deperegre: Expos. tot. mundi 55.

deplanare: Non., Lact., Ambr., Veg. u., adde Cassiod. an. 6 s. f.

deplorabilis (*déplorable,* sed act.): Eges. B. Iud. V, 53, 1 in. *epilogum quendam claudendo operi deplorabilem more rhetorico non praetermisimus.*

deploratio: Sen., Tert., Ambr. in ps. 37, 1, id. poen. II, 10, 93.

deplorator: Aug. serm. 83, 5 *uterque ueniae deplorator et impetrator* (implorator? — quod nec ipsum lexica agnoscunt).

depluere: Tibull., Tert. »adu. Valent. 29«, Cassiod. in ps. 104, 40 *coturnices in modum imbris densissimi depluebant.*

*deponere: aliquem herabsteigen machen Hier. adu. Vigil. 4 *quos Pompeius edomita Hispania . . de Pyrenaei iugis deposuit, et in unum oppidum congregauit*, ep. 147, 6 *iam tibi et scalae, per quas deponeres miseram, parabantur*, Rufin. hist. eccl. XI, 9 *ut sedentem Basilium de doctoris cathedra deponeret ac secum ad monasterium perduceret*, transl. einen absetzen Firm. m. III, 6, 7 *ex administrationibus suis cum dignitatis iactura deponuntur*, Hier. adu. Lucif. 19 (interrogo istos nimium religiosos, quid de confessoribus agendum putauerint.) *depositis, inquient, ueteribus episcopis nouos ordinassent*, ib. inf., id. in Ezech. h. 10, 1 *qui, . . siue digne siue indigne depositi sunt, Deo iudicium derelinquunt*, Aug., Leo M., Fulg. Ferrandi breu. canon. 66 depositus episcopus, 98 *ut presbyter, si uxorem duxerit, deponatur* — ita depositio Firm. m. III, 15, 8 *ipsius a statu solito depositionem*, Hier. in Ez. h. 10, 1 *quicunque dolore depositionis suae congregant populos ad schisma faciendum* —; aliquid: ablegen machen Cass. Fel. 72 p. 173 *si uenter abstinuerit, balanis iniectis depones* (cf. depositio uentris 51 p. 132 et sq.), Coel. Aur. tard. V, 4, 64, sinken machen, schwächen Cass. Fel. 47 p. 121 *uires patientis depositas erigere*, 42 p. 102, 64 p. 157 al. (senken Lampr. Alex. 54 *deponite dexteras contra hostem erigendas*); depositus i. mortuus iam uett. (Gg. s. u. II, B),

atque ita depositio i. decessus, mors Cassian. Coll. XIX, 1 (r. Gg.) *priores abbatis anniuersaria depositio sollemniter celebrabatur.*

depopulator: Caecil. com., Cic., Cypr., Hier. in Is. V ad 16, 3 sq. al., Vulg., Rufin. h. eccl. X, 28 *ille iunior filius, paternae depopulator substantiae.*

1330 *depositiuus*: pass. Cassiod., act. Diom. I p. 337 *ex hac forma sunt* (sc. eorum quae nominantur uerba neutra) *et illa uerba in quibus nec agentis nec patientis significatio plene dinoscitur . ., ut sedeo sudo dormio iaceo sto algeo sitio esurio . nescis enim agat quis an patiatur. quae quidam . . absolutiua* (absolute = intransitive) *appellant, non nulli depositiua nominant*, nimirum non quasi »ungewisse«, sed eo fere sensu, quo uerba dicuntur deponentia, utpote quae deposuerint alterutram fermam, haec quidem passiuam, illa actiuam.

deprauatio: Cic. saep., Sen. s., adde Lact. ira 15 *hinc exstitit in hominibus naturae suae deprauatio.*

deprauator: intpr. Iren. (habet DV), Petr. Chrysol. serm. 96 *ut . . de doctore deprauator exsisteret*, Gelas. pap. ep. 6, Greg M. (Quich.), Thes. n. lat.

deprecatio *pro* precatio: Hier., ut ep. 122, 1 *quod ignotus ad ignotum audeo scribere, Hedybiae fecit deprecatio*, c. Pelag. I, 5, an. in Iob I p. 39 *in matutinis deprecationibus*, sicuti et deprecari saep. recc. magis, ut Hier. ep. 47, 2 *quod Paula me est deprecata ut facerem, sponte facio*, in Mtth. III ad 17, 18 al, Rufin. Orig. in Leu. h. 13, 1 *ad haec dignoscenda concedi nobis gratiam Domini deprecemur* et saep.

deprecatiuus: Mart. Cap., Boeth. in Arist. interpr. ed. sec. I p. 396 M., Prisc. inst. VIII, 103 *quod* (imperatiuus modus) *pro optatiuo ponitur uel deprecatiuo*, Fortunat., Isid.

deprecatrix: Tert., Aug. bon. coniug. 10 *delicti.*

depressor Gild.: A.

depublicare: Thes. nou. lat. p. 459.

depunctio: Ps.-Soran. quu. medic. 245 (s. u. discoriatio).

*depurgare: *praegn.* (abführen) Cass. Fel. 32 p. 65 *hoc adiumenti genus . . humores superfluos qui dolorem praestant depurgat*, 21 p. 33, 46 p. 115, 53 p. 139, 57 p. 146, 65 p. 159 al., trnsl. Coel. Aur., ut tard. »V, 10, 114« *uehementi tussicula uiribus depurgatis* i. exhaustis (reg. depurgare Cass. Fel. 6 uentrem, 21 p. 33: si — aegrotantes — per uomitum depurgentur, Coel. Aur. »ac. II, 110«: eas partes, ex quibus sputa feruntur, depurgat). Cf. 4455.

1340 deputare: pr. Modestin. Dig., Hier. adu. Iouin. II, 36 *pro magna sapientia deputas*, *si plures porci post te currant*, *q.* imputare Tert., Hier. in Matth. II ad 12, 25 *Pharisaei opera Dei principi daemoniorum deputabant*, c. Ioann. 9 *tibi ueritatem*, *illi mendacium deputare* al. (de alio usu al.).

derasio: Macr. Emp. p. 251 F *capitis*, Ps. Soran. quu. med. 246.

derelictio: Cic. s., »Aug.«, intpr. Orig. in Mtth. 135 *ut derelictio Israel fieret gentium salus.*

derelictor: Hier. (?) in ps. 88 *derelictores legis, iudiciorum oblitores.*

derisio: Arn., Lact., anon. in Iob II p. 191 *quae . . Samson . . in derisionem atque in mortem tradidit* al., Petr. Chrysol. serm. 27.

derisorius: Dig., Cassiod. in ps. 101, 9 *ut, qui apertis terroribus non cedunt, derisoria magis increpatione flectantur.*

derisus, us: Sen. rh. (l. habet DV), Val. Max. I, 5, ext. 1 *derisus gratia*, Phaedr., cett.

deriuatiuus: Charis. II p. 154 (l. r. Gg.), Diom. I p. 323 al. (nomina), Cssd., Paschas. spir. snct. 1, 4, Prisc.

derogator: Tert. adu. Marc. IV, 29 *quasi derogator creatoris*, Sidon., Liberat., — derogatio Ad Her., Cic. fr., Tert. adu. Marc. V, 4, Rufin. Orig. in ps. 38 h. 2, 6 *derogationum uel . . probrorum tela,* in Leuit. h. 9, 7 al.

desaeuire: p, Sen., Suet., Hier. saep., ut in Abac. II ad 3, 2 *rapida daemonum aduersus nos procella desaeuit.*

desaltare: Suet., Tert. adu. Marc. III, 11 p. 136 O., Ps. Cypr.

desanguinare: Cass. Fel. 46 p. 116 *eruptionem uenae . ., qua loca quae patiuntur desanguinentur*, — sanguinari ib. 29 *easdem asperitates* (palpebrarum i. e. trachomata) *fricabis donec sanguinentur* (cf. A p. 76 et DV s. u.).

descriptionalis: Paulin. bened. patr. 6, 1 (historialiter praenuntiatur . . de Dan, principem futurum Israeli,) *et per modum descriptionalem, qualis futurus sit, designa-*

tur (Samson namque his uerbis — Gen. 49, 16-18 — praefiguratur . .), Cassiod. in ps. 79, 13 *per quartam speciem descriptionis, quae graece hypographice, latine descriptionalis appellatur* al.

descriptiuncula: Sen. rh., Adaman. locc. sanct. I, 22.

desecatio: Cassiod. in ps. 130 praef. *ramorum desecationibus*, in 149, 7 *unus ensis, sed duas desecationes habet*, Ps.-Soran. quu. med. 246; — desectio Col., Hilar. Trin. V, 37 'non per desectionem aut deriuationem ex Deo Deus est', Saluian., Cassian.; cf. exsectio uett., exsecatio Cassiod., — resectio Col., resecatio Salu. et Valerian. (sec. V uterque) inf. s. u. (secaturus iam Col., praesecatus App., resecatus Eumen.).

desertio: Arr. Menand. (sec. III in.) et Modest. Dig., Aug. c. duas epp. Pelag. IV, 6, 15, Cod. Theod., schol. Luc. V, 261 (militiae), Coel. Aur. tard. II, 1, 7 (r. Gg.) *nutrimenti* (atrophia), abus. i. desolatio auct. Zacch. et Apoll. cons. III, 8 *qui* (diabolus), . . *quod implendum Euangelia praedixerunt, agere orbis desertione iam coeperit.*

deseruitio: S. S. Macc., intpr. Orig. in Matth. 105 *deseruitionis Iudaicae*, intpr. Iren.

desiccatio: Cass. Fel. 33 p. 70 *ad desiccationem humorum*, it. 41 p. 95, — desiccare Plaut. s., Seren. Samm., Frontin. controu. agr. II »Grom. p. 40«, Cass. Fel. 33 p. 69 *humida desiccantur*, 29 p. 52, 32 p. 66, App. h.

desiccatiuus: Dyn. II, 25 *cyminum uirtutem habet calidam et desiccatiuam*, Macer Florid.

desiccatorius: Cass. Fel. 8 p. 16 *desiccatoria sympasmata*, 31 in., 43 p. 108, 76 p. 184 et 187.

desideranter: Hier. (?) in psalm. 37 *desideranter expeto medicum*, Cassiod. inst. diu. 32 al., Ven. uit. Hilar. I, 13, comp. iam. Fronto, superl. Ven. Misc. X, 3.

desiderator: »S. S. uet. Num. 11, 34« (DV), Faust. grat. Dei 17 *attracti in gratia perseuerare desideratore uocante noluerunt.*

desideriosus (?) an. in Iob I p. 36 (potationes faciebant, sed non propter ebriositatem, . .) *neque pro desideriosis* (desidiosis?) *iocis, neque pro impudicis colloquiis atque obscoenis.*

desidiose: Lucr., Nou. Iust. uers. uulg. 25, 3 *traditis d. utentem.*

desipiscere: Hier. nom. hebr. p. 42 *desipiscens populus*, N. Tir., Thes. nou. lat. p. 3.

desociare Sedul.: A.

desolatio: Hilar. in ps. 58, 7 *templi desolatio et ciuitatis euersio* al., Ambr. in ps. 118 serm. 10, 2, Hier. in Is. VII ad 23, 15 sqq. *post desolationem terrae Aegypti* al., Vulg., Oros. h. I, 9 *in Aethiopia pestes plurimas . . paene usque ad desolationem exaestuauisse* al., postt., ut Salu., Cssd., Isid.

desolator: Hier. in Amos III, ad 7, 4 sqq. '*cum carbonibus desolatoriis*' (Ps. 119, 4): *de his altaris carbonibus desolator carbo duorum Testamentorum forcipe prenditur, et Isaiae labia purgat, ut possit uerbum Domini*

prophetare, Hier. (?) in ps. 119 et 140 ex., inc. de uisit. infirm. 8 *quid huic consolatori uel potius desolatori respondendum sit, si forte requiras*, »Aug. serm. 115 n. 5 ed. Mai.: astutia desolatoris uel fraudatoris« (quem locum unum habet De-Vit s. u.).

despectio: Cic. fr., Hier. nom. hebr. p. 38 *despectio siue contemptus eius* al., Vulg. Ps. 122, 4 (et Iul. ap. Aug.), Coel. Aur. (l. r. Gg.), Ps. Eucher. in Reg. comm. I, 8 *de despectione et temeritate multati sunt*, Isid. sent. I, 14, 6 *unde nobis consuluit, inde despectionem tulit*; — *despector* Tert., Ps. Hier. uer. circumcis. 10 *carnalis naturae*, Xyst. pap., *-rix* Tert.

despectiuus: Thes. nou. lat. p. 524.

1360 *desperabilis*: Hier. in Ier. III ad 17, 9, Vulg., [Rufin.] in Os. III ad 13, 9 sqq. *si aliquem desperabili calamitate oppressum uiderimus*, Primas. in Hebr. 3.

despicabilis: Ambr., Amm., Pacian. (DV), Sulp. Seu. Mart. 9, 3 *hominem uultu despicabilem*, Hier. (?) ad am. aegr. ep. II, 10 (haec est gloria sanctorum Dei,) *haec in hoc seculo despicabilis militia*, Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. V, 1 *et fortitudo, nisi optimis per scientiam admota rebus est, in despicabilem enumpit insaniam*, Salu. auar. III, 9, Cassian. Inc. VI, 2, Sidon.

despicare (spicare): Rufin. h. eccl. XI, 24 *necatis paruulis despicatisque ab fibrarum inspectionem uirginibus*, Pelagon., cf. inspicare Verg.

*despicere: *c. inf.* Faust. epist. 1 p. 840 B (t. 58) Migne, Greg. h. Franc. X, 25 *quod ab iis adorari despiceretur*. Cf. sup. 1007.

despicientia: Cic., Ambr. off. ministr. I, 50, 246 *ad despicientiam opum informatus atque institutus* al.

desponsatio: Tert., Vulg. (DV), Aug. serm. 105, 4 (r. Gg.) *desponsationis initium fides*, id. nuptt. et concup. I, 11, Petr. Chrysol. serm. 148 al.

desponsio: *i.* desponsatio Hier. adu. Iouin. I, 3 *in hac desponsione Christi* (resp. 2 Cor. 11, 2: despondi uos uni uiro . .), gloss. lat. gr. desponsio *κατεγγύη*, al. Coel. Aur.

despumare: Verg., Cels. III, 6 mel despumatum (habet sane DV), Scrib. 50 al., cett., — *trans. *figur.* Hier. adu. Iouin. I, 33 *sera pudicitia post despumatas corporis uoluptates* (sim. intr. Sen., ut et Hier. ep. 69, 9 *uenter mero aestuans cito despumat in libidines*).

destitutio: Cic. bis, Suet. s. (»rariss.« Freund), Ambr. in ps. 118 serm. 10, 2 *cuius* (Hierusalem) *praecessit desolatio ac destitutio, ut postea sequeretur confessio*, id. ib. serm. 14, 16 *inopia facultatum, destitutio filiorum, tolerantia uulnerum* (agitur de Iob), offic. ministr. I, 47, 229 *perturbatio tollit constantiam, destitutio prodit ignauiam, accusat pigritiam.*

destructio: pr. Suet., Frontin. strat. III, 6 lemm., Hier. in Is. 2 ad 1, 13 *templi* al., [Rufin.] in Am. I ad 3, 13 sq., trnsl. (cf. sup. 89) Quint., Hier. in Eph. II ad 4, 29 *sermo malus . . ad destructionem eorum qui audiunt* al., intpr. Orig. in Matth. 28 *ad destructionem ueritatis scripturarum nostrarum*, Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. I, 104 *dogmatis tui.*

1380 desudatio: Scribon. 243, Firm. m., meton. M. Cap., ut desudare Claud. (cf. N. Rhein. Mus. XXXV p. 596 sq.), Hier. adu. Iouin. I, 23 *qui sine laboris praemio desudauerunt* al., Rufin. ap. II, 38 *multa iam nobis opuscula desudata sunt*, id. Orig. in Iesu Naue h. 1, 6 *aduersum quas* (contrarias potestates) *nobis agones desudantur* al., postt.

1380* **desudescere:** Compend. Vitruu. 22 *umidi parietes cum picturis ornantur desudescent, et operi obligatus color elui non potest* (r. Gg.).

desuspicere: Eust. Hex. VI, 1 *si quando sub serenitate nocturna ineffabilem siderum pulchritudinem desuspexisti.*

detabescere Rufin.: A p. 10*.

detentare: Ps. Ambr. serm. 39, 3 *quos ab ingressu ecclesiae patrimonii sollicitudo detentat*, Cod. Theod., Ven. Fort.

detersio: Coel. Aur. tard. II, 14, 203 (ob purgationem sordis . . foeni graeci decoctus succus, . .) *habet enim uirtutem foeni graeci semen mitissimae detersionis.*

*determinare: trnsl. q. definire (definiren) Tert. an. 43 *superest, si forte cum Stoicis resolutionem sensualis uigoris somnum determinemus*, 52, cf. (ubi magis est q. praescribere) pud. 18 *debuerat quae damnauerat proinde determinasse, quonam usque . . damnasset, si temporali . . et non perpetua seueritate damnasset*, cor. 3 al.

*determinatio: *al.* Cass. Fel. 61 p. 152 *dies critici quibus per sudorem prospera aegrotis determinatio febrium siue discussio fieri solet.*

detestabilitas: Eust. Hex. VIII, 1 *eorum detestabilitas nota subinde est.*

detestator: Tert., Aug. in Ioann. Ep. ad Parth. tract. 1, 11 *daemoniorum et idolorum*, Cassiod.

*detractio *transl.* q. obtrectatio: Hier. ep. 52, 14 *parce a detractione linguae* (resp. Vulg. Sap. »1, 11«), 125, 19 *si detractionibus tuis alium uulneres*, adu. Rufin. III, 27 al., intpr. Orig. in Matth. 27 *crucifigunt per detractionem uerborum suorum*, Sulp. Seu., Aug. serm. 353, 1 *quid est detractio, nisi mordacior quam ueracior reprehensio?*, all. (ita detractatio Cypr. ep. 59, 19, Cassian. Coll. IX, 3: detractationes, uaniloquia seu multiloquia, scurrilitates quoque similiter amputanda). Eodem modo:

1390 detractor: Tac., S. S. uet. et Vulg., Hier. ep. 52, 14 *discat detractor, dum te uidet non libenter audire, non facile detrahere*, in Eccl. 10 p. 474 *serpens et detractor aequales sunt* et saep., Rufin. Orig. in Exod. h. 3, 2, Aug. coni. adult. I, 16 *christianae fidei detractores* al., Fulg. Ferrand. ad Regin. Comit. 18 *non immerito reuocatur superbus detractor ab elatione iudicandi, cum dicitur ei: noli esse multum iustus* (Eccl. 7, 17). Ita detractator Tert., Aus., all.

detractorius: Ps. Aug. ad fratrr. erem. s. 3 *inflammat linguae mobilitas in adolescentia ad iocosa, . . sed in senili aetate ad detractoria.*

*detruncare *transl.*: Hier. adu. Rufin. III, 5 *possent detruncari mala et bona pro his reponi*, ib. I, 7.

detruncatio: Plin., Tert., Aug. c. sec. resp. Iul. VI, 18 (r. Gg.) *amittit naturale incolumitatis bonum, et sumit irreparabile detruncationis malum*, Cassiod. Var. VII, 13, *detruncatione membrorum*, Primas. in Apoc. II ad 5 *uitiorum.*

detumescere: Petr., Stat., Aug. in ps. 29 enarr. 2, 7 *tanquam reddens exsufflationem, qua detumesceret, Non haberes, inquit, in me potestatem, nisi . .* (Io. 29, 10 sq.) al.

deturpare: Plin., Suet. (rariss. Freund), Hier. in Ezech. comm. IV ad 16, 11 *caluitio deturpatae*, adu. Rufin. I, 31 *quae contra me loquens propositum tuum deturpasti* al.

deuastatio: anon. in Iob I p. 90 *homicidii et sanguinis, deuastationis quoque*, gloss.

*deuenire (*deuenir*): Anthim. 81 *elixet caseum . . et omnino, quomodo lapis, . . sic deuenit*, 11, 12, 34, 35, 70 (cf. uenire Coel. Aur. tard. II, 1, 35).

deuersio: Ps. 19, 7 ap. Tert. adu. Marc. IV, 11 *a summo coeli profectio Eius et deuersio* (Vulg. occursus) *Eius usque ad summum eius.*

deuiator: Ps. Aug. ad fratrr. erem. 29 *puritatis*, — deuiatio Cassian.

1399a *deuinctio*: Tert., Ennod. ep. VIII, 12 (inf. 1470).

1400 **deuolutio:** Rufin. Orig. princ. II, 8, 4 *decessus ipse mentis ac deuolutio uidetur mihi quod non aequalis omnium sentiendus sit . ., et aliquas mentes seruare aliquid prioris uigoris.*

deuoratio: Tert., Eges. B. Iud. V, 2, Hier. Orig. in Ezech. hom. 4, 7 *aiunt Iudaei, si quando lupi homines deuorauerint, . . istiusmodi deuorationes ex Dei indignatione descendere* al., Vulg., Rufin. Orig. in Num. h. 14, 4, Cassian. Coen. Inst. V, 22 . ., — *deuorator* S. S. uet. (et Vulg.), Tert., Hier. in Os. II ad 7, 8 sqq., Acr. ad Hor. S. II, 3, 166.

deuoratorius: Tert., Eust. Hex. III, 5 *contraria sibimet atque alternae substantiae deuoratoria*, -ium s. Ambr.

*deuotio *ecc.*: Lact., Lampr., Rufin. h. eccl. X, 10 al., [Rufin.] in Os. II ad 4, 15 *sicque deuotionis non tam mutatio quam quaedam facta uideretur adiectio* al., Iulian. ap. Aug. II, 222, Paulin. uita Ambr. 13, auct. Zacch. et Apoll. cons. II, 7, III, 8 s. f. al., intpr. Orig. in Matth. 92 *manifestans in oratione suam deuotionem*, anon. in Iob I p. 27 al., Chromat. tr. 11, 3 *ad omne deuotionis opus impigros*, 12, 5 et saep., all.; — ita deuotus *abs.* i. pius an. in Iob II p. 152 *talis, qualis omnes homines, sed deuotior, atque studiosior circa eleemosynas, deuote* Lact., an. in Iob I p. 75 *deuote mihi gratias agunt* al., all.

dextrale subst.: S. S. Is. (3) ap. Cypr. hab. uirg. (13) et al. Vulg., Cassiod. (Epiph.) hist. trip. X, 20 *praedam circa mulierum ornamenta faciebant, zonas aureas, dextralia, monilia, lauatoria . . auferentes*, Fulg.

diacalaminthes: Plin. Val. IV, 22 (antidotum) *quod hodieque diacalaminthes a medicis praedicatur*, Dynam. II, 38 *ex ea* (nepeta) *fit antidotum, quod diacalamtis dicitur* (sic *calamtis* pro calaminthe ib. *calamtis hoc est nepetae folia*, 37).

diacanthes: Pl. Val. I, 63 *trociscus diacanthes ad haemoptoicos.*

diacardamum: Coel. Aur. tard. III, 4 (de iecorosis et lienosis), 55 *conuenit . . diaoriganum et diacardamum uel diathapsias et diasbestum.*

diacastoreum: Pl. Val. II, 30 *enema ad colum quod uocatur diacastoreum.*

diacentaureum: id. ib. III, 8, 115 (cf. Amman ad l.).

diacerason: Pl. Val. IV, 50 (fit ex cerasis) *diacerason, quod omnibus notum est.*

diachrisma: Pl. Val. I, 50 *de diachrismate calido oportet ungere.*

diacitrium: Th. Prisc. IV f. 312a *acopum*, Pl. Val. III, 14 *unguentum* (*διακιτρίον* Sim. Seth).

diacopon: Marc. Emp. p. 277 B *collyrium, quod graeco uocabulo diacopon appellatur.*

diagentiana: Pl. Val. II, 17 *antidotum diagentianae: recipe gentianae unciam unam . .* (gentiana sc. herba Cels., all.).

diaherpyllum: Th. Prisc. IV, f. 312a, C Aur. tard. III, 5, 77 *trochiscos ex herpyllo uel feniculo confectos uel ex aristolochia, quos diaherpyllum uel* (= et) *diamarathrum et diaristolochian appellant.*

diahyssopum: Coel. Aur. tard. III, 8, 114 *medicamen quod appellamus d.*

diaiteon: (*διὰ ἰτεῶν* Galen., Aet.) Coel. Aur. tard. »II, 13, 170« (emplastrum), ib. 3, 69 (r. Gg.) *medicamine quod appellatur diaiteo, quod est siccatiuae uirtutis*, III, 8, 115.

dialoes: Marc. Emp. (p. 280 H) collyrium, Coel. Aur. tard. III, 1, 10, IV, 8, 124, Cass. Fel. 1 p. 3.

dialthaeon: Th. Prisc. II, chr. 16 *epithema ex dialtheon et mastiche et nardino cerotario* (ad stomachi defectum), et sic scribendum pro diatheon ib. 18 *malagmata ut dialtheon .. et cetera xerantica* et 9, nam Nic. Myreps. antidotar. III, 49 unguentum dialthaeae utile esse ad resolutos asserit (Th. Prisc. IV f. 312a ex. scriptum habetur graecis literis *τὸ διαλθαῖον*, uerum aliter atque ap. Myreps. praecipitur confectum, non abhibita malua siluestri i. e. althaea).

1420 **diamarathrum**: u. diaherpyllum.

dianitrum: C. Aur. tard. III, 8, 113 *quod appellatur d., ex fico atque nitro et absinthio confectum.*

diaoriganum: id. ib. III, 4, 55 (s. u. diacardamum), 8, 115.

diapeganon: Pl. Val. II, 34 *epithema pleureticum diapeganon* (*γρ.* diapecanum), IV, 3, Coel. Aur. tard. III, 8, 149 *utitur diapegano, quod ex ruta* (*πήγανον*) *conficitur* (r. Gg.).

diapipereon: Coel. Aur. t. II, 14, 212, III, 4, 59 *diadyoinpipereon* (IV, 3, 76 *diatrionpipereon*).

diaprasion: (*διὰ πρασίου*) Th. Prisc. II, chr. 8.

diarhodinon: Pl. Val. III, 45 *uteris diarodino*, diarhodon inscr., Cass. Fel. 29.

diaristolochia: u. diaherpyllum.

diar(rh)oos: Coel. Aur. t. II, 13, 159 *illud medicamen, quod libris celerum passionum memorauimus, de cardiacis scribentes* (ac. II, 37, 201), *et appellauimus diarhoos*, 4, 85, III, 2, 30 (*διὰ τοῦ ῥοῦ* Gal.).

diasbestum: id. ib. III, 4, 55.

1430 **diascor(o)don:** Pl. Val. II, 30 *confectio diascordi . ., iniectio diascordi ad colum* (in confectionem uenit allium).

diasteaton (*διαστέατον*): Marc. Emp. p. 320 A *medicamentum quod d. dicitur*, cf. ib. C (de adipe diuersa factum), Th. Prisc. II, chr. 9 (ubi scr. diasteacon).

diatheriacon: Th. Prisc. II, 8 *dabo* (hydrophobico).

diomphacion: Coel. Aur. tard. II, 4, 85 *ungendae gingiuae . . item . . diarhoos* (medicamine) *et diomphacion* (¿ *δι' ὀμφακίων*) *et oenanthio* (scribendum puto: diomphacion uel dioenanthes, cf. Alex. Trall. VII, 14, VIII, 7 al.).

dialis: Otacil. uel Cic. ioc. ap. Macr., inscr., gloss. Isid. 540 *diale*, *diurnum*, *meridiale*, cf. Hildebr. Gloss. p. 115.

diarrhoicus Th. Prisc.: A.

*dictatio **meton.** (cf. 936): Hier. in Ez. VIII pr. *quid aliis prosit in prophetas nostra dictatio* (i. e. scripta nostra commentaria), *Dei iudicii est*, Ennod. ep. III, 31,

Cassiod. Var. XI praef. *duos libellos dictationum mearum de praefecturae actione subiunxi* (, ut, qui decem libris — I-X — ore regio sum locutus, ex persona propria non haberer incognitus), fort. et Paul. Dig. »29, 1, 4« (cit. DV).

*dictator **propr.** is qui dictat (literas): Hier. c. Ioann. 38 *haec ipsa apologia Isidoro praesente et multum collaborante dictata est, ut idem esset et dictator et baiulus literarum.*

dictoaudientia: S. S. ap. Rufin. (e I Sam.) et Pacian., intpr. Iren., Ps. Cypr. de Sina et Sion 6 *qui ex dictoaudientia per credulitatis fidem conuersus est ad Christum.*

dictor: Hier. c. Pelag. II, 5 *tam inuolutus dictor est*, Aug. doctr. christ. IV, 15, 32, ib. 26, 56 al.

1440 *didrachma*, **ae** Hilar. et Vulg. Macc. »II, 4, 19«: c p. 10.

diductio: Cic., Sen., Caper 2241 P. *si maiestas scribis, -stas in diductione uocis esse debet, non -tas.*

die inter diem i. alternis diebus: Cass. Fel. 71 p. 170 *epithymi decoctionem diurnis diebus* (i. diem ex die, in dies singulos: inf. 1564) *ieiunis dabis aut die inter diem*, 56 p. 144 *hemitritaeo laborantes sic intellegis: die inter diem accessionem patiuntur*, 57 p. 145, 58 p. 147.

diffamatio: Aug., Facund. def. tr. capit. VIII, 2 *ex mala diffamatione uenerabilium nominum.*

differenter: Solin., Hier. Orig. in Ierem. h. 5 *haec differenter et uarie in Scripturis dicuntur*, Aug. serm. 100, 1.

BODLEIAN LIBRARY OXFORD

*diffidentia: *oppos.* fides (s. eccl.) S. S. Vulg. Eph. 2, 2 *qui* (princeps potestatis huius) *operatur in filios diffidentiae*, Hier. in Eccl. 10 p. 470, Hier. (?) in Iob 15 p. 1049, Ps. Hier. ad Tyras. consolat. 6 *sicut non potest fides nosse quod doleat, sic diffidentia sola doloribus inuenitur ancilla* (p. a.: sola in omnibus incredulitas maeret), ib. 5 bis.

diffinitiuus: Macr. diff., Boeth. diffin. p. 893 M., sicuti diffinitio pro definitio usurpabat sequior latinitas, e. c. Boeth. diffin. passim, diuis. p. 883 al.

diffluentia: August. serm. IX, 15 (rec. Gg.) *imaginem Dei corrumpis in te per fornicationes et per diffluentias libidinis.*

diffugare: Aug. in ps. 41, 10 *nebulis diffugatis*, Marcellin. Com. Chron. ad ann. 484 *exsulatis diffugatisque plus quam CDXXXIV orthodoxorum episcopis;* — cf. aufugare Ven. Misc. II, 9, 22 'aufugantur crimina', defugare Th. Prisc., effugare inf. s. u. effugatio.

diffugus: Thes. nou. lat. p. 222.

1450 diffusio: Sen. (trnsl.), Arnob. (habet et DV, r. Gg.), Eges. IV, 27 *maris* (r. Gg.), Hier. (?) in ps. 44 *gratiae*, Aug. saep., ut in ps. 67, 36 *caritatis in corde*, id. Gen. ad lit. V, 23, 44 *ramorum*, in ps. 44, 4 *maris*, Oros. hist. V, 1 *septentrionis copiositas, meridiana diffusio*, »Prosp. in Ps.«, M. Cap., Coel. Aur. tard I, 5, 153 *animi laxationem siue diffusionem*, Cass. Fel. 76 p. 181 *humoris*, plur. ib. p. 186.

diffusitrix: Fab. Claud. Gordiani Fulgentii De aetatibus mundi X p. 139 *Atlanteas Niliaci liquoris diffusitrices cataractas intrepidus spectat;* — fusitrix inf. 2130, *diffusor* inscr., Petilian. ap. Aug. c. Petil. 92, 202 ex.

digamia i. e. coniugium post mortem coniugis initum cum altero (non quod nos Bigamie uocamus): Hier. adu. Iouin. I, 47 *cum mulieres . . necdum elato funere prioris uiri memoriter digamiae praecepta decantent*, ib. 49 s. f. et saep.

**digestibilis pass.*: Theod. Prisc. I, 32, II, 10 al., Coel. Aur. tard. (Gg.), id. salut. praecc. 46, Cass. Fel. 55 *utendum . . et piscibus digestibilibus molliorem carnem habentibus*, »Oribas«.

*digestio *al.* (non cibi, sed morbi): Cass. Fel. 55 p. 142 *postquam aegritudo pepsin fecerit id est digestionem*, cf. 58 'postquam pepsin fecerit aegritudo (febrim tertianam dicens), id est post IV periodos siue accessiones, quas Graeci episemasias uocant'; — digestionem cibi, sed distinguens a concoctione, dicit Cels. pr. p. 7 D.

digestus, us: Stat., Tert. an. 10 (quod modicis — h. e. paruis — animalibus sine necessariis membris nihilominus uiuere instruxerit,) *saluo etiam . . esu sine denticulis et digestu sine alueis*, Ambr. in ps. 118 serm. 12, 8, carm. de Iona (Cypr. ed. Hartel ps. III) p. 301 *resoluta putri corpora digestu*, Macr.

digladiari, Cic. peculiare, habent et Hier. adu. Rufin. I, 11 al., Oros. h. III, 23 *Neoptolemus et Eumenes cruentissimo inter se proelio digladiati sunt* (digladiabile discidium Prud.).

dignanter: Vop., It. Alex. sup., Symm., Ambr., Hier. in Ion. 2, 6 *animâ, quam cum corpore pro salute nostra dignanter assumpsit*, ep. 66, 13, Rufin. Orig. in Rom. IV, 5, Aug. nuptt. et conc. II, 2 ex. al., Petr. Chrysol. serm. 18 in., Sidon. ep. VII, 16, Ennod. ep. VII, 20 al., Laurent. hom. 1 *dignanter ignosce* al., Cassiod. in ps. 41, 2 *quando nos in iudicio suo dignanter inspexerit*, id. Var. I, 20, VIII, 5 al., Greg. M. in I Reg. III, 4, 18, cf. dignantissimus Salu.

*dignatio *meton.* in allocut.: Hier. ep. 102 (ad Aug. episc.), 1 *ego simpliciter fateor dignationi tuae* (ib. sup.: beatitudinis tuae literae, — Aug. ep. 101 — inter Hier. — ad illum scripserat: dilectioni tuae, . . caritati tuae), ib. 105 (it. ad Aug.), 2 al., Aug. (cit. DV).

dignificare: intpr. Orig. in Matth. 82 *cibum spiritualem et dominicam coenam, quibus dignificatus fuerat a Christo*, ib. 111, intpr. Ignat. aliq. (cit. DV).

1460 dignitosus: Petr., Aldh. laud. uirg. 54 *dignitosam innocentiae palmam*, gl. Labb. (ad figuram cf. calamit -osus, recc. amaritosus, egestosus et -tuosus, tempestuosus, uoluptuosus).

dignoscentia: Iul. Val., Aug. freq., ut Ciu. D. XIV, 17 (r. Gg.), doctr. chr. 20 (boni et mali), c. aduers. Leg. et proph. I, 21 al., »Tichon. sept. reg. 3«, Cassiod. in ps. 30, 20 *dignoscentiae uirtute praedixit.*

diiudicatio: Cic. s., Aug. in Gal. 37 *iam ista carnalia spirituali diiudicatione contemno*, id. Conf. XIII, 18, 22 *in abdito diiudicationis Tuae.*

illicitatio: Cassian. Coll. V, 6 *ipsa illicitatio et figura tentationum*, 4 *sine cuiusdam materiae illicitatione* (locos r. Gg.), — illectatio Gell., illectare Ambr., Aug., Ps. Tert. carm. adu. Marc., all.

illicite: Dig., Tert., Hier. in Is. XVIII ad 66, 2 sq. *quae trucidantur illicite*, Aug. doctr. chr. II, 26 *utilia sunt nec discuntur illicite* al., intpr. Orig. in Matth. 110, an. in Iob I p. 7, 60 al., Chromat. tr. 10, 1 *populo illicite uiuenti*, all.

illigatio: Arn., M. Cap., Cassiod. in ps. 146, 3 *ossa fracta . . linteorum illigatione constringunt.*

illinimentum: Coel. Aur., Cass. Fel. 35 p. 76 *ori conueniens*, 37 p. 82; — uerbi formae illinire Vitr. VIII, 7, 8 *coagmenta . . calce uiua . . illinienda* testimonium est antiquius iis locis, quibus acquiescit Neue FL II, p. 417, Cels., Col., Tert., et iis, qui accedunt ap. Gg. e Rönsch It. p. 285, S. S. Gen. ap. Ambr., Veg. u., Sulp. Seu., ex

A n. 72, Pl. Val. I, 1 (ubi habetur: illinitus, illini, illiniuntur), Theod. Prisc., uel aliunde.

illisio: Diom. II p. 420 *tinnitus est fabricatae materiae illisio tenui sono auditionem acuens*, Hier. ep. 98, 13 al., Coel. Aur. (Gg.), Fulg. (DV).

illucidare Victorin.: A p. 41.

illuminatio: Tert., Ambr, Hier. in Ez. h. 11, 1 *si quando illuminatione indiguimus scientiae Dei, nunc . . necessarie indigemus* al., Vulg., Rufin. Orig. in Num. h. 21, 1 al., an. in Iob I p. 17 *in . . illuminatione Spiritus sancti* al., intpr. Orig. in Mtth. 45 p. 294 L. al., intpr. Iren., Macr., inscr.

illuminatrix: Hier. nom. hebr. 21 et 92, Isid. Or., — *illuminator* Tert., Lact., Vulg. Prou., Aug. c. Maximin. I, 4 et 5 al.

illusio: q. derisio, insultatio Cic. et Quint. (dumtaxat ut t. t. rhet. i. *χλευασμός*, ironia), Vulg. (Sirac., et al.), Hier. in Is. X ad 33, 2 sq. *omnis gentium multitudo . . praedae atque illusioni uictoribus fuit* al., Leo M. serm. 57, 3 *inter multiplicatas illusiones nocte transacta uinctum praesidi tradiderunt*, 61, 2, 70, 3 et saep., Sedul. op. pasch. V p. 722 M.; — [b] *q.* deceptio, phantasia, sensuum mendacium Ps. 37, 8 ap. Ambros. in ps. 37, 33 (cf. Aug. »uer. zel. 34, 64« uerba ap. Gg.) et Cl. Mam. an. I, 24, 1 *haec est illa illusio, quam qui intellegit dolet . . et cum propheta plangit ac dicit 'tota die contristatus ingrediebar, quoniam anima mea* (Vulg. lumbi mei) *completa est illusionibus'; sed istiusmodi illusiones in memoria patitur anima, ex qua*

nihil phantasiarum reuentilare ac proferre possit, nisi eas-dem a formis corporum per corporeos sensus hausisset (cf. p. a.: anima . . per sensus corporis fallaciarum affecta ludibriis), an. in Iob III p. 222 *incantationes* . ., *diuinationes quoque atque maleficia* (h. e. magicae artes) . ., *quae sunt daemonum seruitutes et daemonum illusiones*, Cassian. Coll. XXIV, 18 et saep., sic quoque Leo M. ep. 15, 4 *per quandam illusionem ostentata uideri uolunt, quae uera non fuerint*, it. Vigil. Taps. c. Eutych. I, 3 *quibusdam illusionum praestigiis*, Ps. Eucher. comm. in Regg. lib. I, 29 *aliquam imaginariam illusionem fallacia daemonum factam*, it. ib. inf. *aliquod phantasma et imaginariam illusionem diaboli machinationibus factam*, alii eccl.

illusor: Tert., Hier. in Is. II ad 3, 4 *Thalulim, quos LXX et Theodotio illusores interpretati sunt*, ad u. 5 *iuuenes . . et illusores Domini* al., Vulg., Aug., all.

**illusorius* q. fallax, deceptiosus (cf. *illusio b): Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. V, 25 *Traducianos non esse aliud quam Manichaeos, distinctionem autem inter uos illusoriam quidem non fide uestra, sed imperitia contigisse;* al. Ambr., Aug. cons. euang. III, 13, 46.

illustrabilis: Cassiod. in ps. 118 p. 397 Gar. *diuisiones illustrabiles.*

illustratio: Quint., »Vulg. 2 Thess.«, Timas. et Iac. ep. ap. Aug. gestt. Pelag. 24 *ista tam perspicuae ueritatis illustratio*, Chalcid. Tim. 10, in Tim. 107 al., — *illustrator* Lact., Hier. quu. hebr. in Gen. pr. *Tullius latinae linguae illustrator*, ep. 22, 36 (r. Gg.), Aug. Conf. VIII, 5 *ueritatis*, X, 31 (r. Gg.), XII, 16, 23 al., inscr.

illustria, ae: schol. Lucan. V, 207 *hic Brutus . . parentum imitatus illustriam*, ad VI, 420 *qui paternae non responderet illustriae* (r. Gg.).

illuuio: Hier. in Ioel 2, 1 sqq. *inundatione maris aut illuuione fluminum.*

imaginabilis: Candid. gener. diu. 6 *differt imago ab imaginabili* multo uidelicet ante Boeth.

imaginaliter: Aug. cur. mort. 12 (uidere qm) al. Multa sunt peculiaria Augustino declinata ab adiectiuis aduerbia, quorum exempla uid. nr. 595, 1245, 5024, praeterea: acutule, adulatorie, anniuersarie c. Faust. XXXII, 12 *ea anniuersarie in ecclesia celebrantur, quae . .* al., conuiciose (1065), gratulatorie, impariliter in Hept. II, 177, 3, informiter bon. coni. 20 al., interfectorie (2972), procellose, — conglobatim, alia.

imaginare: locis lexx. add. Rufin. h. mon. 29 *quae unicuique imaginata per daemones uiderat.*

imaguncula: Suet., Hier. ep. 78 m. 36 p. 491 V. *Selmona interpretatur imaguncula.*

2870 **imbecillosus:** Aug. uer. relig. 15 *corpus hominis . . post peccatum factum est imbecillosum et morti destinatum.* Cf. 334, 2460, 2823, 3209, 3232, 3481, 3853, rabidosus Lucif. pro Athanas. I p. 865 M. ‘rapaces canes rabidosos’.

imbenignus: Hier. in Eccl. 3 p. 409 *lex rigida imbenigna non parcens peccantem interficit.*

imbridus: Solin., Pall., an. in Iob II p. 175 (non hilari uultu neque laeto adspectu), *sed tristi, imbrido, nubilo, flenti.*

imbrilis: Coel. Aur. De salutarib. praeceptis (Rose Anecd. gr.-lat. II) 39 *dulcia fontana uel imbrilia, fluminalia uel palustria,* Cass. Fel. 29 p. 53 aqua, ib. inf. et p. 54, — atque ita forsitan scribendum pro imbrialis etiam Coel. Aur. tard. »II, 13, 167« al.

imitatiuus: Dosith. p. 57 K (r. Gg.) et eadem Diom., Vinc. Lirin. p. 298 ed. Brem. *non simulatoria* (persona hominis), *sed uera, non imitatiua, sed substantiua.*

imitatorius: Aug. c. Iul. VI, 24 *nec originale secundum Catholicos, nec imitatorium secundum Pelagianos intelligendum esse peccatum* (r. Gg.), »serm. 57 ed. Mai.«.

immaculabilis: Aus., Aug. in ps. 140, 10 *si . . Deus . . immaculabilis, si impenetrabilis* al.

immarcescibilis: S. S. 1 Petr. (et Vulg.), Tert., Hier. adu. Iouin. I, 39 al., P. Nol., an. in Iob II p. 152, Ps. Hier. assumpt. B. Virg 4 *secura de sua immarcescibili gloria.*

immaterialis: Ambr. in ps. 118 serm. 10, 15 ‘*accepit Deus puluerem de terra, et plasmauit hominem*’ (Gen. 2, 7): *ubi puluis, ibi plasmatio, ubi autem non puluis, ibi non terra, non materia, sed incorporeum, . . ibi non materia, sed immateriale,* Hier. Orig. in Ezech. h. 14, 2 *extramundanas res et incorporeas et, ut ita dicam, immateriales.* Cf. *materialis* Tert. adu. Valent. 17 *trinitas generum . ., unum materiale . ., aliud animale . ., tertium spi-*

ritale al., Ambr. de Elia 3, 5 *non omnis esca materialis, nec omnis cibus corporalis; est cibus mentis, quo epulantur animae* al., Rufin. Orig. in Rom. VII, 4 *de hac materiali et corruptibili corporis substantia*, id. prol. ad Cant. p. 300 *nihil terrenum, nihil materiale, nihil corruptibile diligit*, Hier. (?) ad am. aegr. ep. II, 8 *ne materiale uel corruptibile ac fluxum aliquid exerceri in coelestibus opinaremur*, Aug. bon. coniug. 20, Paschas. spir. snct. (DV), Dionys. Exig. cr. hom. 13 *hoc materiale nostrae substantiae*, ib. *materialis uita*, Chalcid. in Tim. 219 al., adu. Mar. Vict., Sid., Greg. M. in I Reg. I, 3, 9 (scientiam) *suis patribus diuinitus inspiratam, sibi autem materialiter exhibitam.*

2380 immedicabilis: Verg., Ou., Sil., Hilar. in ps. 13, 3 *morbum immedicabili morte grassantem; adu.* Hilar., Nou. uers. uulg. 25, 2 (aegrotare).

immedicatus App., Hilar.: c p. 11.

immeditatus pass.: App., Adamant. Martyr. de b et v p. 194 *hanc partem immeditatam relinquere;* adu. Gell.

immendare (opp. emendare): Aug. Contra mendac. 3, 6 (quos non emendamus, quibus mendum, quo uerum tegendum existimant, non auferimus,) *sed nos potius immendamur, cum per tale mendum eos quaerimus, nec inuenimus, quemadmodum eis conuersis credere ualeamus, quibus peruersis mentiti sumus.*

immensitas: Cic. ND, Arn. I, 46 *reuelata nominis* (Christi) *immensitate*, Rufin. Clem. Recogn. II, 62 *de immensitate lucis*, ib. 66, III, 7, 14, VIII, 60 (Dei), id. Orig. princ. II. 6, 5, id. Orig. in Rom. X, 43 al., Cassian. Coll.

XIII, 13 al., Eust. Hex. IV, 1, Fulg. Rusp. ad Monim. II, 6 et saep., Cassiod. in ps. 5, 15 *gaudiorum*, in 35, 1 al., all.

immensuratus: Salu., Martin. Dum. form. honest. uit. 6, 3.

immisericorditer: Terent., Aug. lib. arb. III, 28 (r. Gg.) *quia . . immisericorditer superbeque uixerunt*, an. in Iob I p. 81, Cassiod. in ps. 118, 87, — immisericors Acc. fr., Cic. s., Gell., Ambr., Hier. in Gal. III ad 6, 3, Vulg., an. in Iob I p. 7 *ab immisericordibus uehementes sustinetis* dolores.

immissio: Cic. sen., Vlp. Dig., Hier. in Ezech. V ad 16, 27 *extensio et immissio . . manus* al., Rufin. Orig. princ. III, 3, 4 *diaboli immissione prouocatus*, an. in Iob I p. 98 *non ex creatoris immissione*, Aug. in Io. tr. 55, 4 *per immissionem diabolicam*, in ps. 77, 28, Coel. Aur. ac. III, 4, 38 *in tanto tumore, in quo digitorum immissio improba* (i. molesta) *esse perspicitur* al.

immissor: Eucher. instr. (DV), Greg. M. (Quich.), Isid. sent. III, 5, 7 *diabolus est non immissor, sed incentor potius uitiorum.*

immitescere: Hier. ep. 100, 15 (in nr. 2245).

2390 *immobiliter*: Aug. Conf. XII, 20, 29 (r. Gg.) *qui Moysen . . in spiritu ueritatis locutum esse immobiliter credunt*, Prosp., Cass. Fel. 45 *si immobiliter se habeat aegrotus*, Chalc. in Tim. 76, Iul. uit. contempl., Pomp. gramm., Cassiod. in ps. 99 concl. (r. Gg.), all.

immoderatio: c. gen. Cic. s., Ambr., Eges. B. Iud. V, 7 *pugnandi*, Hier. in Eccl. 10 p. 579 *immoderatione linguae*, Aug. (Gg.), Fulg. Rusp. ep. 1, 4 *ex immoderatione libidinis;* abs. Arn. VII, 44 *fastidium ne immoderatione pariatur*, Firm. m. (DV), Rufin. princ. III, 2, 3 *alia esse, quibus ad nimietatem quandam immoderationemque prouocemur*, Aug. mus.

2391* *immolaticius*: S. S. 1 Cor. ap. Aug. et in mss., Aug. (Gg.), Fulg. Rusp. c. Fabian. frgm. 12 *cum uellet Corinthios a comessatione immolaticiae carnis arcere*, Cassiod., gl. *εἰδωλοθυσία*, immolaticium.

*immolatio **concr.**: Hier. in Ezech. hom. 7, 10 *esus immolationum*, Aug. ep. 36, 30 *coena paschalis, qua coena incipiebat azymum et ouis immolatio manducari.*

immorandus (q. ab immorare): Cass. Fel. 30 p. 61 *cucurbitam plurimo tempore immorandam.*

2393* **immoratus**, u: [Rufin.] in Am. I ad 5, 1 sq. *donec* (nebulae) *immoratu eiusdem uaporis* (i. e. solaris) *aut comdrimantur aut siccentur.*

immortaliter: Cic. ep. s., Aug. c. sec. resp. Iul. II, 76 *mors atque mortalitas non erit immortaliter uiuentibus nobis.*

immundare: Dracont. carm. (ed. Duhn) VIII, 589 *plangit, et albentes immundat puluere canos.*

immunde: Obseq., Ps. Ambr. serm. 29, 2 (uiuere).

immunire: Tac. s., Dosith. p. 63 *immunio ἐντειχίζω.*

immutabilitas: Cic. s., Hier. Didym. spir. sanct. 12 et 38, Aug. serm. 117, 9, Cassian. coll. XXIII, 3 *beatitudinem aeternitatis uel immutabilitatis*, Nestor. ep. in Coelestini pap. epp. 7, 2, Boeth. Vtrum Pater . . p. 166 Peiper.

immutabiliter: App. mund., Cels. Dig., Aug. c. sec. resp. Iul. III, 94 *immutabiliter malum*, Cassian. Coll. XXI, 16 *immutabiliter semperque bonum.*

impactio: Hier. in Matth. II ad 15, 12 *σκῶλον et scandalum nos offendiculum uel ruinam et impactionem pedis possumus dicere* (cf. c. Pelag. II, 15), *impactus*, u Chalcid. in Tim. 255 *radii uisualis impactu in solidam speculi superficiem.*

impalpabilis: Tichonius Afer (sec. IV ex.) de VII regulis reg. 1 *potestas res est impalpabilis, lapis uero corpus palpabile*, Arnob. iun. de Deo trino II, 7 *in quo . . impassibilis passibilis fieret, impalpabilis palpabilis fieret*, Leo M. serm. 30, 6, »uers. uet. Ignat. ad Polycarp. 31«, Beda.

imparcenter: anon. in Iob I p. 76 (manus diaboli) *imparcenter cuncta perdit*, ib. p. 81 et 90, II p. 191 *Dalila, quae . . Samson in derisionem atque in mortem imparcenter tradidit*, III p. 225.

imparilitas: Gell. et Sinn. Capito ap. eund., Aug. Trin. IV s. f. *non propter inaequalitatem uel imparilitatem uel dissimilitudinem substantiae*, Leo M. serm. 27, 1, Fulg. Rusp. (DV), Cassiod. an. 5 *imparilitate partium.*

imparticipatus Mar. Victorin.: A.

impartilis: Mar. Vict. adu. Ar. I, 49 *impartile undique, sine figura*, Cl. Mam. an. III, 5, 2 (r. Gg.) *pars Dei nulla est, quia impartilis non habet partem*, — impertilis Aug. mus., partilis Mar. Vict. l. c., Aug., Cl. Mam. an. I, 18, 3 (r. Gg.), Coel. Aur., all. (adu. partiliter Arn., Firm. m. persaepe, ut II, 18, 22, 26, III, 2, 4 . . ., all.).

impassibilitas: Hilar., Hier., Rufin. Orig. in Ps. 38 hom. 1, 5 *an . . per impassibilitatem neque sensus doloris ullatenus recipit . .?*, intpr. Iren., Mar. Merc. Cyrill. apol. adu. Orient. p. 965 al., Vigil. Taps. Trinit. X p. 272 M., Fulg. Rusp. quinq. quaestt. 17, alii.

impassibiliter: Mar. Vict., Ambr. fid. I, 10, 67 *impassibiliter generat Pater*, Rufin. Orig. in Ps. 37 hom. 2, 3, Aug. collat. c. Maxim. p. 730 M. *si nostra anima incorruptibiliter generat et impassibiliter, nullam sentiens deminutionem*, Cassiod., — *impassibilis* Tert., Nouat., Lact., Hier. ep. 100, 10 *impassibilis diuinitatis permanens maiestate* al., Rufin. in Symb. 5 al., intpr. Orig. in Matth. 73 al., alii.

impassionabilis: Iulius episc. ap. Leon. M. ep. 21 *impassionabilis deitatis et passionabilis carnis;* adu. impassionabiliter iam Mar. Vict. adu. Ar. I, 32 (quem l. habet DV).

impatefactus: Aug. (?) Specul. 27 *impatefactam nobis Tuae maiestatis speciem.*

impatienter *pass.*: uid. 1779.

impeccabilis: Gell., Pelag. ap. Aug. gestt. Pelag. 30 *non dixi, quoniam recipit natura hominis, ut impeccabilis sit.*

2413ᵃ *impeccantia*: Hier. in Ier. VI ad 31, 38 sqq. *de tua uirtute et impeccantia gloriaris* al., Cassian. Coll. XXIII, 7 *ἀναμαρτησίας id est impeccantiae*, ib. 20 et 21.

*impendio appositum uerbis: Laeu. ap. Gell., App., Solin., Hier., ut ep. 5, 1 *impendio exposcens, ne . .*, Amm. XXX, 2, 1 *quem sociare sibi impendio conabatur* al., Cl. Mam. an. I, 2 *id impendio molientem.*

impenetrabiliter: Greg. M. in Cant. 8, 12 *ad resistendum aduersariis impenetrabiliter roboratur.*

imperatrix: Cic. s., Ambr., i. uxor imperatoris auct. de S. Hel. 11, 13 al.

impercussus: Ou., Hier. in Am. I ad 3, 1 sq. *ne quid impercussum remaneat.*

impermissus: Hor. s., auct. de S. Hel. 15 *si . . deceptionem impermissam confinxissent.*

impermutabilis: Aug. Trin. IX, 6, 11 (aeternitas), Oros. c. Pelag. p. 618, frgm. Censorino adscr., adu. Rustic. c. Aceph. p. 1203 (habet DV).

imperscrutabilis: Hilar. Trin. XI, 47 *inuestigabile et imperscrutabile ipse totus profundum est*, Fulgent. Rusp. ad Monim. II, 8 in., id. praedest. et grat. 18 al., Rustic., hist. trip.

imperscrutatus: Nou. uers. uulg. 13 pr. *nihil imperscrutatum relinquentibus.*

2420 *impersonaliter*: locis lexx. add. intpr. Orig. in Matth. 75 *impersonaliter posuit: tradetur.*

imperspicabilis: Hilar. in ps. 129, 1 *profunda imperspicabilis iudicii decreta*, ib. inf., in ps. 9, 2 al., Ambr., Cassiod. an.

impertitio: Arn., Hilar. in ps. 145, 5 (sapientiae), Aug. in Ioann. tr. 74, 2 (Spiritus sancti), id. Gen. ad lit. V, 9, Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. VI, 20 (Deus) *illustrat eum impertitione colloquii*, id. ib. V, 9 (r. Gg.).

imperturbabilis: Aug. Trin. IX, 6, 11 aeternitas, ep. 248, 2 (correxit Gg. mendum typothetae) al., Oros. c. Pelag. p. 618 Hau., Fulg. Rusp.

L= Oros. apol. 28,132.

2423* impetere: Varr., ppA, Solin. 52, 40, Ps. Quint. decl. trib. Mar. 5 *oportet ut obiectum crimen uel impetiti prodat confessio, uel inuicta manifestent indicia*, Amm., Sulp. Seu. dial. I, 6, 2 *quae* (fraus haeretica) *in quibusdam locis non timuisset impetere euangelicam ueritatem*, Gelas. ep. 15 *de qualibet haeresi fuerant impetiti*, Sidon., Cassiod.

impetratio: Cic. ep. s. (plur.), Don. ad Ter., Hier. adu. Iouin. II, 30 *cernis, quod . ., si pro maioribus* (sc. peccatis deprecemur), *difficilis impetratio sit*, Aug. conf. XII, 1, 1 *longior est petitio quam impetratio*, id. serm. mont. II, 10 (r. Gg.), Cod. Theod. et Iust., Cassiod. in ps. 101, 3 *de impetratione securus est*, Ennod. ep. VIII, 37 al.

impetuosus (*impétieux*): Pind. Theb., Firm. m. (r. Gg.), an. in Iob III p. 225 *postquam in ualidis impetuosi nequissimi inundationibus non est submensus.*

**impinguare* intr.: Apic., Cass. Fel. 29 p. 54 *cum* (commixtio) *impinguauerit* (h. e. inspissatum erit), *illines frontem.*

impinguatio: Eucher. instr. I, 1 (et DV), [Rufin.] in Os. I ad 2, 11 *post satietatem et impinguationem calcitrauit*, thes. nou. lat.

impinguescere: Hier. in Is. XVI ad 58, 10 *impinguescent, ut pristinam crassitudinem recipiant*, thes. nou. lat.

impinguis: Egesipp. III, 26, 2 *Capharnaum, quam Nili fluminis uenam . . quidam aestimauerunt, non solum quia impinguis arua opimat . .*, — ab impinguare trans. i. pinguem reddere eccl. Cf. festinis Titin., praecluis (praecluere) M. Cap., rebellis, — ad-clinis (de-, in-, pro-, reclinis), corrugis (corrugare), depilis (depilare), percernis inscr.

2430 **implantare** intpr. Orig. in Matth.: A p. 14*.

implaudere: Hier. ad Rufin. III, 43 *nolui mordere mordentem nec uicem talionis implodere* i. infligere.

implebilis: pass. Cassian. Inc. I, 5 et Arn. iun. confl. de Deo II, 8 (et DV) *implens, non implebilis*, eademque uerba et Vigil. Taps. trinit. X p. 280, act. Coel. Aur. (cf. DV).

implementum: Th. Prisc. IV f. 317a (r. Gg.) *ut post implementum uasculorum sanguis excludatur*, Coel. Aur. et salut. praec. 31 (interdiano somno ad implementum solitae quantitatis utendum), gloss.

implicamentum: Aug., Iulian. uit. contempl. I, 13, 1, Isid. quu. in Gen. 31, 51 *praedicatores euangelii, ueloci saltu exsilientes . ., transscendunt implicamenta seculi huius.*

implicatio: Cic., Don. ad Ter., Aug. in ps. 69, 8, Possid. u. Aug. 24 *deuitans implicationem sui animi, quem semper liberum habere uolebat ab omni molestia temporali,* Iul. Rufin.

implicitare freq.: Dracont. carm. de Deo II, 293 (r. Gg.) *impatiens armata manus cur tela propinquis Implicitant* (Plin. ep. IX, 33 nunc expunctum).

implumis: post p (et Ouid. Met. VI, 716) Plin., Ambr., Hier. in Mich. I ad 1, 16 *aquila certo tempore amittit pilos et remanet implumis.*

impoenitendus: App., S. S. 2 Cor. 7, 10 ap. Aug. serm. 154, 2 *in salutem impoenitendam* (Vulg. stabilem), Cassiod. Var. I, 30 (habet DV).

impoenitens: Hier., Vulg., Rufin. in Rom. II, 4 *cor impoenitens*, an. in Iob II p. 155 al., Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. V, 64, Paulin. bened. 6, 2.

2440 **impoenitudo**: Greg. in I Reg. V, 2, 40 *ad reprobi cordis impoenitudinem lapsos.*

impolite: Cic., Aug. c. Cresc. IV, 2 *liceat nobis sine inuidia non usquequaque impolite contra errores hominum disputare* al.

impollutus: Sall. fr., Tac., Sol., Hilar. in ps. 14, 6, Ambr., Cassian. Coll. XIV, 14, Ps. Hier. assumpt. B. Virg. 7.

importabilis: Tert., Ambr. in Rom. ad 6, 19, Hier. in Ier. IV ad 23, 33 sqq. *plenum ponderis ac laboris et importabile* al., intpr. Orig. in Matth. 10 p. 199, Ps. Aug.

serm. 90, 6, Ferrand. ad Regin. com. 2 *importabilem sarcinam super humeros debiles ponis*, Cassiod.

importuositas: Adaman. locc. sanct. II, 30 *de illius importuositate urbis uel portuensi difficultate.*

impositio: Varr., manus Cypr. ep. 16, 2 et saepe, Hier. c. Lucif. 7, Vulg., Aug. serm. 99, 10 (r. Gg.), 11 al., all. eccl.

impositiuus: Plin., Prisc. inst. XII, 1, 6 *hoc pronomen* (ipse) *ἐπιταγματικόν, hoc est impositiuum uel subiunctiuum, uocant Graeci.*

impossibilis: Quint., — App. (iam sexies), Tert. bapt. 2 al., Vlp. Dig., Lact. inst. III, 22, 11, Amm., Hier. ep. 79, 3 *quomodo, quod apud hominem impossibile est, apud Deum possibile fiat*, et saepe, intpr. Orig. in Matth. 33 p. 253 al., an. in Iob II p. 152 *impossibilis* (es) *ad opprimendum* al., Rufin. in Symb. 11 et saep., [Rufin.] in Am. II ad 9, 2 sqq. *ab impossibilibus exempla collegit* al., Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. IV, 103 al., Aug. c. sec. resp. Iul. VI, 29 (impossibilior) al., Macr., Coel. Aur. ac. III, 5, 57, t. I, 4, 73 al., Cass. Fel. 65 p. 158, omnino freq. recc., act. i. impotens Vulg. Sap. (Rönsch p. 332).

impossibilitas: App. s., Tert., Hier. ep. 148, 15 *impossibilitate mandatorum premi* al., Rufin. Orig. in Rom. VI, 12 *inepta quaedam commentantur, quibus impossibilitatem legis sarcire uideantur* al., Cassian. Incarn. VII, 3 (plur.), ib. 4, Salu. auar. I, 8, Petr. Chrysol. serm. 51 al., all.

impostor: Vlp. Dig., Hier., ut et ep. 117, 8, Rufin. Orig. in Ps. 36 h. 3, 12 *perleue est uobis dicere de seruis Dei, ille . . seculum diligit, ille autem impostor est,* Paulin. Nol. (DV); — *impostura* Cornel. ap. Cypr. »ep. 49«, Vlp. Dig. s., Treb., coll. legg. Mos. et Rom. »15, 2«, Aug., Arn. iun. in ps. 71 et 118.

2450 *impraegnare (imprégner)*: Aug. c. Faust. Manich. XV, 5 *sacrilegis uanitatibus*, Ps. Aug. serm. 121, 3 *uirgo auribus impraegnabatur*, 195, 5, 6, auct. Hypognost. V, 6, 11 *impraegnata a diabolo haeresis uestra*, Myth. Vat. II (cf. DV).

impraemeditatus: pass. M. Cap. (uisio), act. inc. uisit. infirm. II, 1 *quod impraemeditatus dictaueram.*

impraescius: inc. quu. ex uet. Test. 46 (homo) *per id, quod impraescius est, uarius et mutabilis est,* ex utroq. Test. 104, Ambr. (?) comm. in Ep. ad Rom. ad 3, 24.

impraescrutabilis: auct. de S. Hel. 29 *Eius consilii altitudo.*

ad impraesentiarum Gg. s. u. add. Hieronymi potissimum exempla e permultis haec: in Is. I ad 1, 7 *regionem eorum impraesentiarum alieni deuorant, et usque ad finem mundi perseuerabit uastitas Iudaeorum*, nom. loc. hebr. p. 130 *quercus Abraam et mausoleum eius impraesentiarum* (i. etiamnunc) *cernitur*, adu. Rufin. III, 10, adu. Iouin. II, 24, in Ier. I ad 4, 19 sq. *μαμάσσει, quod uerbum usque impraesentiarum quid significet ignoro*, in Ezech. VIII ad 27, 15 sq., Didym. spir. snct. 59 *cum impraesentiarum* (i. e. in hoc loco, Amos 4, 12) *spiritus*

nomen uentum sonet (i. significet), — Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. III, 46 et saep., Cl. Mam. an. III, 13.

impraestrictus: [Fulg.] serm. 53 *Verbum Deum . . intrepido mentis obtutu impraestricta acie contemplantem.*

impraetermisse: Possid. nita Augustini 31 *uerbum Dei usque ad ipsam suam extremam aegritudinem impraetermisse alacriter ac fortiter . . in ecclesia praedicauit.*

impraeuaricabilis: Ignat. ep. ad Eph. uers. uet. 20 *obedientes episcopo et presbyterio impraeuaricabili sensu* (*ἀπερισπάστῳ διανοίᾳ*), »S. S. uet. Hebr. 10, 23« (DV).

*imprecari aliquem (i. precari): App., Solin. 1, 11 *Myiagrum deum dicitur imprecatus*, Hier. adu. Heluid. 2 *Deus est imprecandus, ut . .*, in Is. XIV pr. al., atque ita imprecatio Hier. in Is. IX pr. *Dei poscamus auxilium et psalmistae imprecatione dicamus: dissipa gentes, quae bella uolunt* (Ps. 67, 31) al.

improbatio: Cic. et auct. ad Her., Aug. in Io. tr. 90, 2 *improbatio uitiorum uirtutumque probatio*, Primas. in I Cor. 14.

2460 **improbosus** Ps. Cypr.: A.

improducibilis: Hieron. intpr. Orig. in Ierem. hom. 3, 1 *duo contraria sunt adamanti isti, malleus et incus improducibilis*, — quae tamen incus ib. inf. dicitur *producibilis*, h. e. in qua confiat opus productile, cuiusmodi est tuba productilis S. S. Vulg., Hier. l. l. 'necessarius est malleus, ut tuba productilis fiat', et aliq. ib.

improprie: Plin., Gell., Rufin. Orig. princ. III, 5, 4 *καταβολὴν mundi, . . quod latine improprie constitutionem mundi interpretati sunt,* intpr. Iren., [Aug.] Categ. 16.

improprietas: Gell., Rufin. prol. in Cant. p. 308 *uerborum dictorumque rationes proprietatesque et improprietates,* gl. *ἀκυρολογία.*

improsperitas: Rufin. Orig. in Exod. hom. 7, 4 (et DV), Chalc. Tim. 18 (improsper Tac., Gell., Chalc. Tim. 2, in Tim. 5 al., sch. Cic.).

2464* **improuidus** *pass.*: Eust. Hexaem. I, 3 *non infecta esse uel improuida, quae uidentur, opineris.*

impudefactus: Montan. (sec. VI in.) ep. 1, 7 *impudefactus adulter;* — pudefactus Gell.

2465* **impudendus**: Cassian. Coll. XX, 9 *etiamsi consensum impudendae respuat uoluptatis.*

impugnamentum: Greg. in I Reg. IV, 4, 6 *qui ea corda, quae spiritalia impugnamenta deuicerant, ad exercenda opera pietatis excitant,* V, 1, 11 (sc. carnis).

impugnatio: Cic. ep. s., Cypr. habit. uirg. 14 al., Firm. m. II, 15 et 16, Hier. in Is. VII ad 22, 7 sq. al., Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. IV, 103 *cum sit contrarium necessitas et uoluntas, ita ut . . mutua se impugnatione consumant* al., Cassian. Coen. Inst. VI, 4, Ennod. ep. VI, 3 *aduersus omnem quae ex inuidia nascitur impugnationem . . seruandam esse constantiam,* ib. 9 *multis impugnationibus praegrauati* al.

impugnator: Cypr. ep. 59, 18, dein all., quos DV et Gg. citant, add. Fel. pap. III ep. 6.

impulsare: S. S. uet. (cit. DV), Ps. Cypr. sing. cler. 41 *cum adhuc concupiscentia nulla pectus impulsat*, Greg. Tur., quibus testimoniis contemptis Gg. solo contentus est gloss. Plac.

2470 impulsio: Cic., Quint., Arn., Don. ad Ter., Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. II, 88, Ennod. ep. V, 14 *saeuientis procellae impulsione.*

impunctio: Ps.-Soran. quu. medic. 245 (uid. 1501).

impurare: Isid. Diff. I, 230 *flagitiare est impurare* (Sen. ep. 87, 16 ed. Haase 'inspurcauit'), — impuratus Plaut., Ter., all.

impuritas: Cic., Capit., Ambr., Hier. in Is. XVI ad 57, 1 sq. *isti* (haeretici) *uocant eos quos deceperunt ad . . simulacra dogmatum suorum . ., uoluptates illis pollicentes siue celantes impuritates suas*, Vulg., Rufin. Orig. in Rom. II, 13 p. 133 al., Cassian. Coll. XII, 6 al., Saluian.

imputatio: Callistr. (sec. III) Dig., Hier. (?) ad am. aegr. ep. II, 15 '*quousque*' *imputatio est prolixioris aetatis*, Cassiod. in ps. 70, 7 *neglegendae sunt humanae imputationes, quando diuinae nobis probantur fauere uirtutes*, in 76, 20 al., id. Var. V, 27 *qui nostrae maluit imputationis uulnera declinare.*

imputatiue (imputare): Cassiod. in ps. 4, 6 '*multi dicunt, quis ostendit nobis bona?*' . . *hoc imputatiue legen-*

dum est, quasi dicant: promittitur nobis, quod penitus non uidemus . .; adi. Tert.

inacceptibilis: Vigil. Taps. Trinit. XII, p. 317 *inacceptibile est, ut corporalem uenerantes Deum non in Spiritu et in Filio adorent;* — acceptibilis non comparet, sed acceptabilis (sup. nr. 34).

inaccessibilitas: Aug. coll. c. Maxim. p. 732 M. *incorruptibilitatem et inaccessibilitatem utique a Patre accepit*, Ps. Hier. uinc. Petri 10, Arn. iun., — *inaccessibilis* S. S. uet. (et Vulg.), Tert., Nouat., Ambr., Paneg. s., Hier. in Ez. I ad 3, 12 al., an. in Iob I p. 52 bis.

inadibilis: Fortunat. Manich. ap. Aug. c. Fortun. 1, 3 (r. Gg.) *quod . . sit Deus . . inadibilis, intenibilis, impassibilis*, (Euod.) c. Manich. de fide 18, Sid., Cassiod. (Epiph.) h. trip.

2480 *inadulteratus*: intpr. Iren., Nou. uers. uulg. 47, 1.

inaequatus: Tibull., Tert. spect. 22 *inaequata ista miscentium.*

inaestimabiliter: Rufin. Orig. princ. I, 1, 5, Ps. Aug. serm. 108 ex. *in futuro inaestimabiliter remunerabimini*, Mar. Merc. Cyrill. inc. Vnig. 26 *immittit ipsam* (animam) *inaestimabiliter in corpus, et cum ipso etiam nascitur*, id. blasph. Nestor. p. 923 B al., Rustic. c. Aceph. p. 1185 C (adi. uett.)

inalienabilis: [Isid.] Coll. canon. (conc. Nicaen.) p. 16 Ar. *regnum sempiternum . ., inalienabile.*

inalligare: Marc. Emp. 34 p. 398 E *tamdiu inalligata, quamdiu* (i. donec) *eas* (uerrucas) *excutiat.*

inambiguus: Alberici Diac. serm. in Scholast. p. 946 t. 66 M. *certi et inambigui*, ib. p. 948 B.

inamissibilis: Aug., Prosper contra collator. 9, Leo serm. 87, 2, al.

inamplexibilis: Cassiod. in ps. 17, 13 *quia loco inamplexibilis est; — amplectibilis* Paulin. Diac. (sup. nr. 180), sed et complexibilis Chalcid. praebet (u. sup. 782), cum Boethius habeat complectibilis.

inanimans: Firm. m., Hier. in Ezech. XIII ad 44, 29 sq. *primitiua sunt animantium et inanimantium quae prima nascuntur.*

inanimatus: Hier. in Dan. 3 in. *ut . . res inanimata adoretur ut deus* al., an. in Iob I p. 49 *inanimatae stellae*, p. 58, 78, 99, III p. 221 al., Eustath Hex. VI, 1 *animantium inanimatorumque*, Boeth.

2490 *inanire: *praegn.* Cass. Fel. 76 p. 182 *inaniet per uesicam aquosum humorem.*

2490* in-aratus: p, Pelag. ad Demetriad. 28 *inaratum diu campum . . scidisse se gaudet.*

inarctare: Aug. c. epist. Manich. 25, 27 *ne ipsa Dei natura . . inarctetur*, ib. 28.

inarmare: Ven. Fort. uita Leobini 7 *coelestibus armis, orationibus uidelicet, se inarmans.*

inarticulatus: Arnob., Coel. Aur. sign. diaet. pass. 54 *uocis inarticulato sonitu*, ib. 86, Prisc., »Serg. in Donat.« Lact. ad Stat. Theb.

inattingibilis: Isid. Sent. II, 7, 5 *inattingibilem diuinam iustitiam.*

inaudibilis: propr. Censor., al. q. inauditus Aug. (?) ad fratrr. erem. s. 47 *o quam inaudibile* (q. incredibile) *malum!*

inaurire et *-ri*: S. S. Ps. 54, 1 ap. Hilar. in l. l. *inaurire Deus orationem meam* (Vulg. exaudi), Hilar. ib. s. 3 *postulare, ut orationem suam Deus inauriat . . non omnium meriti est, ut quod audit et inauriat, auditum quidem eius orantis uoce penetrante, sed dignationem eorum quae audiantur inauriendi sola orationis innocentia promerente*, ib. 4, al. Lact.

inauulsibilis: Nou. uers. uulg. 68 pr. (*ἀναφαίρετος*).

incalluisse: schol. Pers. III, 31 *ob pinguedinem incalluisse hunc;* — apud quosnam 'eccl.' Gg. inuenerit incallescere, nescimus.

incandescere: Ouid., Frontin. aq. 123 *eam partem aestatis, quae nimiis caloribus incandescit*, — perf. incandui et alii, quod *trans.* adhibet Ps. Hier. assumpt. B. Virg. 14 *quam totam incanduerat diuinus amor.*

2500 *incandidare*: Firm. err. gent., Cass. Fel. 32 p. 66 nigros dentes.

incantator: S. S. uet. Leu. 20, 27 ap. Aug. quu. in Hept. III, 77 et al. (Rönsch p. 57), Tert., Firm. m.

VIII, 26, Ambr. Hex. IV, 8, 33, Hier. ep. 96, 16 *magos et incantatores* al., Vulg., Aug. in Hept. l. l. et II, 22 sqq. al., an. in Iob III p. 219, Isid., schol. Verg., all., — *incantatio* Tert., Firm., Hier. in Is. II ad 3, 3 *omnis sermo apostoli contra serpentes et aspides incantatio est*, Vulg.

incantatrix: Ps. Cypr. dupl. mart. 35 *ad incantatricum remedia confugit.*

incapabilitas: Aug. c. Maximin. I, 9, 2 *ecce incapabilitatem habet Pater, quae non est tua.* Cf. inf. (2867) insensualitas, aliaque Augustiniana in -tas: corrationalitas, ineffabilitas inf. 2699, mendositas c. Faust. XXXII, 16 'nonnullae codicum mendositates', nat. et grat. 61 al. (Cassiod. Inst. Diu. 4, ib. 15), nugacitas catech. 16, c. sec. resp. Iul. V, 15 al. ([Fulg.] serm. 54 ex.)

incapacitas: Philastr. (A), Rufin. Orig. in Leu. h. 4, 1 *secundum incapacitatem audientium;* — *incapax* Hier., Rufin. Orig. in Cant. I p. 330 al., [Rufin.] in Ioel 3, 9 sqq. *quasi magni certaminis incapaces*, Aug., Prud., Paulin. Nol., Mar. Merc., Salu.

incaptus: Hier. in Ezech. XIV ad 47, 6 sqq. *et nihil remansit incaptum.*

incarnare: »Amor.« (DV non indicato loco), Rufin. Orig. in Ps. 38 h. 2, 8 *qui animas nostras incarnauimus uel incrassauimus*, intpr. Orig. in Matth. 96 *anima non potens semper sufferre labores quasi creata et incarnata*, Aug. s. 118, 16, intpr. Iren., Cl. Mam. an., Cassian., Salu., Fulg. Rusp., Petr. Diac., Cassiod. (Epiph.), quorum locos indicabit DV.

incarnatio: Hilar., Ambr., Hier. adu. Iou. II, 30 *Christi*, in Is. III ad 9, 6 *ab incarnationis tempore in sempiternum* al., Rufin. Orig. in Rom. VII, 6 al., [Rufin.] in Os. III ad 14, 10 al., Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. I, 67 al., intpr. Iren., Cassian., Fulg. Rusp.

incarneus: Victorin. ad Iustin. Manich. 15 *ex incarneo caro.*

incastigatus: Hor., [Rufin.] in Am. I ad 3, 1 sq., Hier. (?) uer. circumcis. 18, Ferreoli reg. ad monach. pr. *quidquid ineptum lectio incastigata protulerit.*

incautela: an. in Iob II p. 200 *uerba aliquando . . inconsideranter proferuntur ex incautela*, Salu., Facund. defens. X, 2 (hab. DV) *per incautelam et negligentiam uerbi.*

incendiosus: Coel. Aur., ut et ac. III, 4, 46 *siquidem sint incendiosae* (sc. species eae, quas admisceri iubet medicamini Heraclides) al., Cass. Fel. 61 p. 149 *febris*, 28 p. 45 *si incendiosus fuerit doloris sensus* al., App. h., Fulg. m.

incensare (*encenser*): »S. S. uet. Exod. 40, 25 *et incensauit in ea incensum compositionis* (Vulg. adoleuit super eo incensum aromatum) et ib. u. 5 Wirc.« (Rönsch p. 516), thes. nou. lat. et all. gloss.

incensio: Cic., App. Ascl. 41 (non 40), Arn., Vulg., Aug. serm. 138, 2, Coel. Aur. tard. I, 4, 122 *incensiones siue fumigationes.*

incens*ior*: Porph. ad Hor. S. I, 2, 120 sq. *incensioris libidinis* (non Claudian.).

incensorius: Cass. Fel. 13 p. 20 *causticae et septicae uirtutis id est incensoriae et putrificatoriae.*

incentiue: Ven. Fort. uit. Leob. 10 *una de puellarum collegio incentiue impulsa petulantiae aestu.*

incentiuum: s. Tert. pall. 4, »pass. Cypr. 7«, Arn. IV, 33, cett., e. c. Hier. in Ezech. IV ad 16, 10 *libidinis*, id. Did. spir. snct. 60 *per cogitationes et incentiua uitiorum* al., Rufin. Orig. princ. III, 2, 2, [Rufin.] in Am. II ad 6, 3 sqq. *incentiua luxuriae*, Sidon. ep. VI, 1.

incentor: Auien., Amm., Hier. in Matth. II ad 15, 19 sq. *malarum cogitationum*, Vulg. Macc., Rufin. in Iesu N. h. 1, 6 al., Paul. Nol., Oros. h. VI, 11 *rebellionis* al.

2518* *inceptiuus* Don. ad Ter., Diom.: A (r. Gg.), add. Caper 2240 P. *inceptiua* (sunt) *sordescit acescit.*

incessabilis: S. S. uet. (et Vulg.), Cypr., Ambr., Hier. ep. 121, 9 dolor, 16, 2 al., Rufin. Orig. in Ps. 37 h. 1 ex. al., Aug. in ps. 39, 1 *per angustias multiformes et incessabiles tentationes*, Oros. h. II, 4 *incessabilia certamina*, ib. 13, IV, 12 et saep., M. Cap., Coel. Aur., Cass. Fel. 35 *sanguinis fluxus; a du.* Hier., Rufin. h. mon. 12, Aug. in ps. 93, 23, Oros., M. Cap., all.

2520 *incessanter*: anon. in Iob 2 p. 49 *quae* (beneficia) *ille incessanter impertit filiis hominum* al., intpr. Orig. in Matth. 45, uers. Polycarp. ep., Cassian. Coll. VII, 3 al., Flauian. ap. Leon. M. ep. 22 *lacrimis quas incessanter fundo*, Eust. Hex. II, 8, Sidon., Sedul. Op. Pasch. III p. 654 M., Fel. pap. III ep. 1, Sidon. ep. VIII, 11, Rustic. c Aceph. p. 1209 M., Cassiod., Cod. Iust., Greg. in I Reg.

III, 4, 17 al., Isid. quu. in Deuter. 21, 2, Gild., — *incessans* an. in Iob II p. 131 *incessanti nequitia*, Cassiod., Greg. M.

incestator: Zen. Ver. II tr. 40 (et DV), Aug. c. Faust. Man. XXII, 98 *nurus suae nefarius incestator*, id. unit. eccl. 9 al., Primas. in Ep. ad Rom. 1 (pagani) *de incestatoribus diis suis deberent erubescere.*

incestuosus: Hilar. in ps. 130, 3 *incestuosis et parricidalibus filiis parcit*, Firm. m. VIII, 30 *filios incestuoso coitu conquisitos* (hunc l. r. Gg. add. Greg. M.), — ab incestus, us Cic. bis et 'plerique ueterum' (i. e. nonnulli uett.) sec. Gell., Hier. in Is. VI ad 15 al.

inchoatio: S. S. Gen. 1, 16 ap. Aug. de Gen. contra Manich. I, 14, 20 *fecit Deus . . luminare maius inchoationem diei, et luminare minus in inchoationem noctis* (quae resp. Hier. chron. Eus. p. 35, at Vulg.: ut praeesset diei, . . nocti) et »Hebr. 6, 1«, Hilar. in ps. 118, l. 10, 6 al., Rufin. Orig. in Rom. V, 8, intpr. Orig. in Matth. 63 *post inchoationem christianitatis*, Aug. freq., Leo serm. 33, 5, Q. Iul. Hilar. de die paschae 6, Sidon. ep. IV, 22, Boeth. arithm. II, 6 al., Ennod. ep. VIII, 3 al., Isid. quu. in Gen. c. 1, 16, in Deuter. 4, 1.

inchoator: Aug. Gen. ad lit. I, 4, 28 *ab omnium rerum non solum formatarum, sed etiam formabilium inchoatore Deo atque creatore*, Prud., inc. quu. ex nouo Test. part. alt. 29 *inchoator nouae praedicationis.*

incircumcisio: Hier. in Ierem. II ad 9, 26 *omnis domus Israel incircumcisa est corde, non carne, quae incircumcisio ducit ad mortem.*

incircumscriptus: Tert. adu. Hermog. 38 *corporaliter immensam et incircumscriptam*, Hilar., Ambr. spir. sanct. I, 7, 82 *incircumscriptus . . et infinitus Spiritus sanctus* al., Hier., ut Didym. spir. snct. 6, Oros. VI, 18 *ne latius incircumscripta caedes ageretur*, Prud.

incircumspectus: Oros. h. II, 6 s. f., Cassian. Coll. XII, 2 *per incuriam incircumspectae mentis* (locos r. Gg.); — **adu.** Cassian. Coll. IV, 3 *incircumspecte nosmet ipsos et remissius exhibentes . .*

incircumueniendus: Nou. uers. uulg. 111, 3 *cautas et incircumueniendas rei p. leges.*

incitator: Fronto eloq. p. 146 Naber Tert. ad natt. II, 3, Cypr. ep. 20, 3 (r. Gg.), Amm., Eges. I, 40, 10, Hier. ep. 118, 7 (?), Aug. (?) de uera et falsa poenit. 5, 11 *mali* (i. e. ad malum).

inclamatio: Tert., Cassian. Coll. XIV, 7 *cum reuerentissima nominis illius inclamatione*, Nou. vers. uulg. 6, 2.

inclangere: Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. VI, 28 *fit ut . . retecta sententia Manichaei nobis carmen inclangas;* — reclangere Amm.

in-clinabilis: anon. in Iob I p. 104 *Iob . . in omnibus inclinabilis atque immobilis permansit* (at p. 133: indeclinabilem fidem eius et immobilem firmitatem); — inclina-bilis Sen.

inclusor: Hier., Vulg., al. Aug. Ciu. D. XII, 26 *deos istos . . esse inclusores alligatoresque nostris ergastulis aerumnosis et grauissimis uinculis.*

inclusorius: Thes. nou. lat. p. 107.

in-coactus: Sen., Cassiod. Var. XI, 3 *quod generaliter debeo, incoactus exsoluo.*

incoadunatio: Arnob. iun. De Deo trino II, 14 *sacris literis fidem facientes, quod sit naturaliter Deus et incoadunatione sua cum carne conuenerit.*

in-coctus: »Fab. Pict. ap. Gell.«, Plaut., Th. Prisc. I, 15 *oua recentia incocta.*

incoercitus: Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. IV, 41 (r. Gg.) *in pecoribus incoercitos dimisit affectus.*

incogitabilis *pass.*: Amm., fragm. iur. Vatic. 75 ex. (r. Gg.), M. Cap., Cl. Mam. an. I, 3 *miro atque incogitabili modo;* act. Plaut., Lact.

incognitio: Isid. Diff. I, 216 *phantasma rerum incognitio cognitarum.*

incognoscibilis: Mar. Vict., Candid. Arian., Hilar. in ps. 143, 8 (quod enim meritum hominis est, ut ei se cognoscibilem Deus praestet,) *ut incognoscibilis natura cognitioni nostrae sese ipsa submittat?*, intpr. Iren., inc. uocat. gent., adu. Mar. Vict. (DV).

incoinquinabilis: Aug. c. Fortunat. 1, 1 *Deum esse . . inuiolabilem et incoinquinabilem* al., (Euod.) c. Manich. fid. 1, ib. 18 al., Fulg. Rusp. ad Trasim. I, 5 (et DV) *incoinquinabilem sapientiae statum*, ib. sup., Ferrand. (A p. 14*).

*incoinquinabil***iter:** Aug. de natura boni 44 *potentia diuinitatis sine ullo nexu incoinquinabiliter, inuiolabili-*

ter, incorruptibiliter omnibus rebus administrandis regendisque praesentem.

incoinquinatus: Ambr., Egesipp. B. Iud. I, 31, 3, Vulg. Sap., Aug. coll. c. Maxim. p. 726, id. Gen. ad lit. X, 17, 31, anon. in Iob I p. 25 *diuitias . . incoinquinatas, incontaminatas*, ib. p. 36 al.

incolare: Tert. res. carn. 26 s. f. *proinde et in paradisum restitutio carni uidebitur repromissa, quae eum incolare et custodire sortita est.*

incolatus, us: S. S., inscr. temp. Hadr., Tert., Modestin. Dig., Ambr. in Luc. VI, 75 (plur.) al., Hier. nom. hebr. p. 80, ep. 106, 3 al., [Rufin.] in Am. II ad 9, 15 *ut ab earum* (terrarum) *incolatu arceantur*, Cod. Theod. XII, 1, 46 *si ciuico nomine aut uinculo incolatus oppidanea necessitas eum detinet obligatum*, ib. 52 al.

in-colatus Plin. Val.? A (r. Gg.).

incomma, ae: Veg. m. I, 5 (r. Gg.) *proceritatem tironum ad incommam scio semper exactam* corr. pro incomma, atis (ἔγχομμα), ut est ap. Hier. Ceterum attulit illud iam Rönsch p. 254.

incomminutus: anon. in Iob II p. 137 *ut fundamentum immobilis, tanquam adamas incomminutus*, p. 157.

2548* **incommixtus**: Eust. Hexaem. II, 7 *incommixtam naturam illarum* (lucis et tenebrarum).

*incommodans *pass.*: Rufin. hist. monach. 1 p. 123 *non permittebat ad se incommodantes deferri, sed benedicens oleum dabat, ex quo peruncti sani fierent*, atque ita

*incommodus id. ib. 11 p. 169 *ad uisitandos fratres incommodos*, Ampel. 2 *carcinus . . incommodiorem faciebat eum* (Herculem) *quam ipsa excetra.*

incommoditas *incommodité*: (Unpässlichkeit): »Egesipp.«, Felic. pap. III ep. 2 *decessoris mei studium, longa incommoditate faciente, haec crebrius iterare non potuit.*

incommonitus: Hier. in Ezech. hom. 1, 8 *nec longo tempore incommonitum populum dereliquit*, Leo ep. 157, 4 *quod incommonitus facere debuisti.*

incommunicabilis: Vulg. Sap., Aug. in Ioann. tr. 79 ex. *ut incommunicabile nomen inconcessae diuinitatis inuaderet*, Rufin., Chalcid. Tim. 25 *estne aliquis ignis seorsum positus et incommunicabilis?* (ἆρ' ἔστι τι πῦρ αὐτὸ ἐφ' ἑαυτοῦ . .;), in Tim. 3, Boeth., Fulg. Rusp. ad Trasim. III, 4, Ferrand. ep. ad Seuer. 9 *proprietate incommunicabili*, Pasch. spir. sanct. II, 6, Dionys. Exig. Greg. cr. hom. 9, [Isid.] coll. can. 6 (conc. Antioch.), 17 *si episcopus . . non suscipiat ministerium sacerdotii . ., hunc incommunicabilem esse debere* (q. excommunicatum), ib. 7, 9.

incommutabilitas: Aug., Dionys. Exig. Greg. cr. hom. 1, Boeth. Vtrum Pater p. 165 P., Primas. in I Tim. c. 6, Fulg. Rusp. quinq. quu. 28 et al.

incommutabiliter: Aug., Fulg. c. Fastid. 14 *cui proprium naturaliter est incommutabiliter atque indeficienter uiuere* al., Cassiod. in ps. 23, 6 *qui incommutabiliter damnare potuisset.*

incomparabilitas: Aug. collat. c. Maxim. p. 729 *de cuius incomparabilitate*, uers. uet. Ignat. ep. ad Trall. 5 *omnipotentis Dei incomparabilitatem* (τὸ ἀπαράθετον).

incompassibilis: Tert. »adu. Prax. 29« atque inde Phoebad. c. Arian. 19 *si impassibilis Deus* (Tert.: Pater), *utique et incompassibilis.*

incompellabilis: Rufin. (DV), Eust. Hexaem. II, 5.

incompetenter: Diom. I p. 386 *passiua declinatio* (τοῦ fero) *non incompetenter analogiae declinatur*, Rufin. Orig. in Num. h. 25, 1 *nomen scandali a nonnullis incompetenter praesumitur*, id. Clem. Recogn. III, 23 *si ignoras, quod absurde et incompetenter interroges*, ib. inf. al., Cod. Theod., Nou. Val., Cassiod.; *a di.* Th. Prisc., Cassian. Coll. I, 20 *immoderatis incompetentibusque ieiuniis.*

incompos: Appul. Polemon. Physiogn. p. 125 *incompotem mentis hominem.*

incomprehensibiliter: c p. 11, cf. Quich. et DV s. u., add. Rufin. Orig. princ. IV, 1, 7.

2560 *incomprensus*: Lact., Prud., Maxim. Taur. serm. 48.

2560* **inconceptus:** Phoebad. c. Arian. 9 *huius natiuitas ideo inenarrabilis nuntiatur, quia per ipsam inconceptus est, sed perfectus ex Deo Patre Filius Deus est.*

in-conciliare: Paulin. Nol. ep. 24, 9 *qui per oboedientiam pietatis suae reconciliauit Patri mundum, quem inconciliauerat primi parentis inoboedientia,* cf. in-conciliatus Boeth. (DV).

inconcusse: Hier. in Is. h. 7, 2 *credimus in Eo inconcusse et firme, uiuentes iuxta quod docti sumus*, Aug., Cod. Iust. (non Theod.) »XI, 61, 6«.

*inconditus *pers.*: Hier. adu. Vigilant. 3 *est imperitus . . et sermone inconditus.*

inconfidens: Greg. M. in psalm. poenit. 2, 15.

inconfuse: Mar. Merc. blasph. Nestor. p. 914 B al., Vigil. Taps. c. Eutych. IV, 19 *Verbum carni unitum . . inconfuse hominem factum*, V, 25, Agapet. pap. I ep. 1 (in fid. confess. Iustiniani) *Filium unigenitum in duabus naturis inconfuse incommutabiliter inseparabiliter agnoscendum*, Cassiod. in ps. 16 (2640), »Facund. def. IX, 7«, — inconfusus Sen., Claud., an. in Iob II p. 131 *ab inconfuso confusus.*

incongrue: Seru., Hier. in Ezech. h. 4, 8 al., Rufin. Orig. in Leu. h. 14, 4 *quae ignorantibus sensum Scripturarum inconsequenter dicta uidentur et incongrue*, Aug., Macr., M. Cap., Sid. ep. IV, 14, — *incongruus* App. dogm. Plat. III, Symm., Veg. m., Hier. Did. spir. snct. 62 *de his nominibus nostris et incongruis uocabulis*, ep. 74, 3 *ne cui uideatur incongruum, si meretrices dicantur synagaga et ecclesia* al., Rufin. Orig. princ. II, 3, 6, intpr. in Matth. 103, Oros. h. III, 4, an. in Iob I p. 107, Chalcid., Boeth., alii.

incongruenter: Tert., Nouat. Trin. 1 *liber esse debuerat, ne incongruenter Dei imago seruiret*, Aug. Conf. XIII, 3, 4, Cassian. Coll. I, 21; — adi. Plin. min., Tert. adu. Marc. IV, 15 al., Lact., all.

inconiunctus: Ps. Hier. assumpt. B. Virg. 13 *naturam singularem et inconiunctam*, Boeth.

inconnexus: Mar. Vict. (asynarteta i. e. inconnexa), Auson., Boeth. comm. in Arist. intpr. ed. prim. I, 8 *talis iuncturae, quae res sibimet inconnexas copulat.*

2570 *inconsequens*: Diom. II p. 455 *discrepantes et inconsequentes inter se dictiones*, Hier. adu. Rufin. II, 15 *inconsequens textus ipse uerborum* al., Rufin. Orig. princ. IV, 1, 17 *praecipitur exterminari omne . . non . . circumcisum, quod ualde inconsequens est, cum oporteret . . iuberi ut parentes punirentur, qui filios . . non circumciderunt*, [Rufin.] in Am. II ad 6, 2, Coel. Aur., Prisc., Ps. Ascon.,

inconsequenter: Hier. in Gal. III ad 5, 13 *sed quo . ., si sic intellegantur, ut resonant, inconsequenter et abrupte repugnare inter se . . uideantur*, Rufin. Orig. in Leu. h. 14, 4 (sup. 2566), Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. II, 105 *conuinco secundum dogma tuum inconsequenter Apostolum pronuntiare* (Rom. 5, 16) '*gratia autem ex multis delictis in iustificationem*', *qui dixerat* '*ex uno peccato iudicium in condemnationem*', Coel. Aur.

inconsideranter: locis lexx. add. an. in Iob II p. 200 (sup. 2510).

inconsideratio: Salu., Arn. iun. in ps. 148 *utinam . . non inconsiderationis nostrae soporaremur grauedine.*

inconsiderato: *adu.* Tert. praescr. haer. 1 *uane et inconsiderato* (cod. Agob.) *plerique hoc ipso scandalizantur, quod tantum haereses ualeant.*

inconsolabilis: Ouid., Amm., Ambr., Eges. II, 9 (r. Gg.), Hier. in Eccl. 4 p. 418 (dolor).

inconsonans: Rufin. bened. II, 9, 2, Aug. c. Faust. XXXIII, 3 (r. Gg.) *scripturas tam inconsonantes et uarias*, Chalc. Tim. 20, Pomp. gramm., Boeth., — adu. intpr. Iren. (consonanter sup. 965).

inconsonantia: Rufin. Clem. Recogn. II, 34 *quod si consonantia prophetam non facit, multo magis nec inconsonantia*, anon. in Iob I p. 101 *ut suam inconsonantiam atque aduersus inuicem contrarietatem ostenderent*, Prisc.

inconsonus: Boeth. mus., Vigil. Taps. c. Eutych. II, 1; *adu.* Verecund. in cont. Deuter. 22 (habet DV).

inconstruere: [Fulg.] serm. 11 *pulchrius caelabatur inconstructa parietibus moles*, — uerbi in-con-praefixi exemplum unicum.

inconsubstantiuus: Vigil. Taps. Trinit. VII, p. 266 *ubi ait 'Verbo Domini', non sonum uocis inconsubstantiuum esse accipias, . . cuius tantum in phantasia auditus est resonantis, sed factus nullus;* — consubstantiuus Tert.

inconsumptibilis: Cassiod. in ps. 127, 2 *inconsumptibili perennitate seruatur;* — consumptibilis id. an. (c. 3), intpr. Iren.

inconsumptus: Ouid., Stat. Silu. IV, 6, 5.

incontaminabilis: Tert., Rufin. Orig. in Exod. h. 8, 4 *conuersatio ita pura et incontaminabilis, ut templum Dei esse mereatur*, id. Orig. in Gen. h. 5, 1, postt.

incontemplabilis: Tert., Petr. Chrysol. serm. 69 *Deus uultu incontemplabilis.*

incontiguus: Arn., Mar. Merc. Cyrill. inc. unig. 33 *licet* (anima) *incontigua sit et simplex.*

incontrectabilis: Aug. c. sec. resp. Iul. VI, 22 *uis nescio quae inuisibilis et incontrectabilis secretis naturalibus insita est, ubi iura propaginis naturalia delitescunt*, id. serm. 214, 7, Vigil. Taps. c. Eutych. IV, 22 *inuisibilis semper et incontrectabilis permanet* (contrectabilis Tert., Lact., Auson., Prud., contractabiliter Lucr. IV, 658).

incontritus: Hier. Orig. in Ierem. hom. 3, 1 (s. u. inconuincibilis).

inconuenienter: Rufin. Orig. in Rom. III, 8 *nec inconuenienter uidebitur de ea dictum, quod . .* al., Aug., Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. III, 90 *inconuenientissime*, intpr. Orig. in Matth. 27, M. Cl. Sacerd. I p. 453 K., Chalcid., Boeth., Greg. in I Reg. III, 4, 21 al., Isid. quu. in Deuter. 9, 2 *si quid inconuenienter ex diuerso genere uel religione in uita cuiusque contexitur* et saep.

inconuenientia (inconvenance): Tert., Aug. morr. eccl. 8, 11 *quis . . non uideat per inconuenientiam temperationis haec laedere, ac rursus per conuenientiam non laedere*, ib. inf. bis, ib. 12, 13, quaestt. 59, 1 al., Macr. diff., Fulg. Rusp. (DV).

inconuentus: Nouell. Val., Crisc. breu. can. 281 *de his, qui in plebes, quas ad se putant pertinere, inconuentis his, a quibus tenentur, irruerint.*

2590 *inconuertibilis*: Tert., Hier. Did. spir. sanct. 5, 12 al., Rufin. Orig. princ. I, 2, 4 al., Aug. c. sec. resp. Iul. V, 42 *Deus, cuius solius est inconuertibilis incommu-*

tabilisque natura, id. in Iob 7 al., Paulin. u. Ambr., Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. V, 25 *inconuertibilem esse malitiam* al., Facund. defens. VI, 4 *diuinitas*, all., — inconuersibilis Aug. (inf. in 2951).

inconuertibilitas: Hier. Did. spir. sanct. 5 (Spiritus) *eandem habens inconuertibilitatem*, Rufin. Orig. princ. II, 6, 6 *quae* (anima) *inconuertibilitatem ex uerbi Dei unitate indesinenter ignita possedit*, id. Pamph. pro Orig. p. 336 L. *quod eadem sit inconuertibilitas Spiritus sancti, quae Patris et Filii*, Rustic. c. Aceph. p. 1248 (et DV), ib. p. 1249, Cassiod. (Epiph.) hist. trip.

inconuertibiliter: Hier. Did. spir. sanct. 7, Rufin. Orig. princ. II, 6, 5, Leo ep. 102, Eutych. ap. eund. ep. 21, Mar. Merc. Cyrill. apol. adu. Theod. p. 974 D al., Vigil. Taps. c. Eutych. IV, 4 *inconuertibiliter perfectus homo*, ib. 8 et 19, V, 25, Rustic. c. Aceph. p. 1235 *una subsistentia* (est) *inseparabiliter indiuise inconuertibiliter*, »Dionys. cr. hom. 28«.

inconuincibilis: Hier. Orig. in Ierem. hom. 3, 1 *incontritus et inconuincibilis permanens*, Iustin. Nou. uers. uulg. 44, 1 (conuincibilis Isid.).

incorporabilis: Tert., auct. Zacch. et Apoll. cons. II, 15 *nec enim incorporabilis diuinitas, sed corpus affixum est* (sc. cruci), Max. Taur., Boeth.

incorporalitas: Tert., Aug. Ciu. D. X, 11 *si corpore et incorporalitate dii a daemonibus distinguuntur*, Macr., Boeth., Isid. ord. creat. 15, 9.

incorporare: locis ap. Gg. addimus Aug. in Iob 39 *ecclesiae credituros* al., Cl. Mam. an. II, 3, 2 *animam*.

in-corporatus Cl. Mam. an.: A.

incorporeus: praetentatum a quibusdam teste Gellio ad graecum *ἀσώματος* exprimendum usurpant recc., ut Hier. Did. spir. snct. 62 *de incorporeis et inuisibilibus* al., Rufin. Orig. princ. I pr. 8 *ἀσωμάτου id est incorporei*, h. mon. 1 p. 133 Vall. al., anon. in Iob I p. 9 al., Macr., M. Cap., Cl. Mam. an. saep. Rarius et apud recc. dumtaxat in- priu. praefixa est adiectiuis -eus finitis, ut incarneus (2508), impuluereus Gell.

incorreptibilis: Isid. Sent. III, 5, 34 *ob incorreptibilem iniquitatem.* ¿ An incorrectibilem, cl. III, 44, 3.

2599* **incorreptus:** Greg. in I Reg. II, 4, 20 (peccata).

2600 **incorrigibiliter:** Isid. Sent. III, 2, 6 *inc. delinquentes;* — *adi.* Greg. M., Is. Sent. III, 46, 4.

incorruptibilis: S. S., Tert., Lact., Firm. m. V pr., Hier. in Is. XI ad 40, 6 sqq. *incorruptibile corpus accipiens* al., Rufin. Orig. princ. II, 3, 2 al., an. in Iob I p. 12, all., *adu.* Aug., Max. Taur., an. in Iob I p. 54 *incorruptibiliter* (ut spiritus) *aerem pertransiens et pelagus.*

incorruptibilitas: S. S. (duos locos Rönsch p. 217), Tert., Lucif., Rufin., Aug. Trin. IV, 18, 24 ex., Sulp. Seu., Cl. Mam. an. I, 3, 17 *diuinitatis*, all.

incorruptio: S. S., Tert., Cypr. mort. 8, Hilar. Trin. III, 16 al., Ambr., Hier. c. Pelag. II, 25 al., Rufin. Orig. in Cant. III p. 8 al., an. in Iob III p. 224 *in incorruptionem suscipietur spiritus* al., Aug. serm. 19, 5 al., all. eccl.

incrassare (*engraisser*): S. S., Tert., Ambr., Hier. in Mich. I ad 3, 1 *satiauerunt se carnibus et incrassati sunt* et saep., Rufin. Orig. in Ps. 38 h. 2, 8 al., Aug., ut Conf. VII, 1, 2 *ego incrassatus corde.*

**incredulitas eccl.*: (quemadm. 1130) Tert. adu. Marc. I, 12 *incredulitatis reos*, Zen. I tr. 1, 1 *Iudaeorum populus displicuit Deo incredulitate*, Hier. ep. 36, 16 *Christus Iudaeorum incredulitate compulsus proficiscitur in Galilaeam*, c. Pelag. II, 14 *Marcus scribit* (c. 6) *de Domino: et non poterat ibi ne unam quidem facere uirtutem . ., et admirabatur propter incredulitatem eorum: Dominus dicitur non potuisse in Nazareth ne unam quidem facere uirtutem, et infidelitatis alienae stupore retinetur* al., Rufin. Or. in Rom. II, 14 *horum incredulitas non euacuat fidem Dei* (p. inf.: quia infidelitas eorum fidem Dei non euacuat) al., intpr. Orig. in Matth. 27, Paulin. Nol. (DV), Oros. hist. VII, 39, all., quemadmodum et adi. incredulus, ut Tert. res. carn. 36 *uirtutis Dei incredulos* al., Hier. in Is. V ad 22, 10 *quia semper Dei praeceptis incredduli fuerint*, Vulg. (incredulus *pass.* Gell., Rufin. Orig. princ. I, 3, 1 *quamuis satis hoc mirum et incredulum* — i. incredibile — *uideatur iis, qui . .*).

increpatio: Tert., Don. ad Ter., Hier. in Is. XIII ad 50, 2 *ad increpationem Domini desertum fit mare*, in Ezech. V ad 16, 52 *subiacere increpationi* al., Vulg. Sap., Rufin. h. mon. 1 p. 135 al., [Rufin.] in Am. I ad 1, 11 sq. al., intpr. Orig. in Matth. 72, anon. in Iob I p. 5 al., Aug.

increpatiuus: Hier. (?) in Iob 38 in. *sermone terribili et increpatiuo*, intpr. Iren., auct. Praedest. III, 14 *uerba increpatiuo modo legenda* (hab. DV), — *adu.* Aug.

in Io. tr. 37, 3 *homines de his rebus quas certas habent aliquando increpatiue dubitant, id est uerbum dubitationis ponunt, cum corde non dubitent . . apostolus . . qui dicit 'puto' dubitare uidetur, sed ille increpabat, non dubitabat*, Acr. ad Hor. ep. II, 2, 154, Sidon., Cassiod. in ps. 54, 13 *hic et sequens uersus increpatiue legendi sunt* al.

increpator: Aug. (locum nunc attulit Gg.), Cassiod. in ps. 140, 6 *uir sanctus non in ira corripit, sed per dilectionem increpator accedit*, Acr. ad Hor. AP 174, gloss. (*increpatorius* Sid., [Fulg.] serm. 7 *illorum uoces increpatorias*, hist. trip. X, 4 *homiliam increpatoriam fecit aduersus eum*).

increpundia: neutr. pl. Fab. Claud. Gord. Fulgent. aet. mund. XI in. *ecce paruum adhuc ex increpundiis Roma subrigit uerticem,* — pro consueto crepundia.

2610 *incrispatio*: Aug., Primas. in Apoc. V ad 22 *capillorum incrispationibus.*

inculcate: comp. Aug. c. Iul. V, 16, 63 *audi . ., quod eorum sensibus inculcatius intimetur, quos fallere affectas* al.

in-culpabilis: Solin., Hilar. in ps. 52, 9, Auien., Rufin. Orig. princ. III, 5, 5 ex., Prud., all. eccl. saep.

in-culpabiliter: Rufin., Aug., Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. III, 87 *fit hoc inculpabiliter*, Liberat. breu. 11, Cassiod.

inculpate: Zen., Ambr., Hier., Aug. c. mendac. 3, 5 *quando id inculpate fieri . . didicerit*, Dion. Exig., inscr.

incunctabile CHAR dig. 22,5,21,1

in-cunctabundus: auct. Zacch. et Apoll. consult. I, 18 *Abraham . . incunctabundus domum patriam propinquosque per uocationem Dei . . reliquit.* Apud scriptores quidem aliud exemplum adiectiui uerb. in -bundus cum in- priu. compositi nondum inueni, cum sane Thes. nou. lat. praebeat impudibundus (p. 242 frontosus, impudibundus).

incunctanter: Vlp. Dig., Cypr. mortal. 24 *incunctanter et libenter ad Dominum ipso uocante ueniamus*, ep. 73, 23 al., Lact., Hier. in Is. XII ad 43, 1 sqq., Sulp. Seu. dial. I, 13, 7, Oros. h. VII, 34 al., Mart. Cap., C. Th. XVI, 5, 58, 6 al.

incurabilis: Zen. II tr. 43, 2 *auaritiam, quae est incurabilis cancer*, Th. Prisc. et Coel. Aur. (locos r. Gg.), Cass. Fel. 29 (platycoriasis) *omnino incurabilis nuntiatur*, 8 p. 15, 46 p. 116 al., Cassian. Coll. XVIII, 17, Cassiod. (Epiph.) hist. trip., gloss. (curabilis Iuu., Coel. Aur. t. II, 12, 137 al.).

incurabiliter: inscr. Pomp. 3034 c (r. Gg.)

incursatio: Cypr. ad Demetr. 18 malorum, Non. (laruarum).

2620 **incursibilis:** Nou. uers. uulg. 30, 8 *ut nulli tales pecuniae collectiones ingressibiles et incursibiles facile fiant* (*ὥστε μηδενὶ τὰς τοιαύτας ἀργυρολογίας βατάς τε καὶ ἐπιδρόμους ῥᾳδίως γίνεσθαι*).

incuruatio: locis lexx. addi potest Cassian. Coll. XXI, 26 genuum al., [Fulg.] serm. 24 *inclinatio Christi incuruatio est superbiae Antichristi.*

incuruitas Chalcid. in Tim.: A.

indagabilis: act. Cassiod. in ps. 145, 1 (r. Gg.) *uirtus animae . . quae causas . . creaturarum indagabili ratione perquirit*, in 148 concl., in 150 concl. al., Boeth. geom., »Grom. p. 394«, Isid.

inde est, quod . . Sen. rh. contr. IV pr. 2 *inde est, quod Labienus . . dicit*, Sen. dial. VI, 23, 2 (r. Gg.) *inde est, quod Plato clamat, sapientis animum totum in mortem prominere*, Plin. ep. (VII, 5, 1), Solin. 27, 27, id. 30, 2 (cf. 53, 27: unde est, ut), Quint. decl. 4, 14 (cl. Quint. Inst. VI, 1, 42, VIII, 6, 51), Capit. Macr. 3, 6, Vop. Prob. 1, 2, Paneg. V (Eum.), 20 *omnia, principes, uestra sunt . . et inde est, quod consulere singulis aequaliter licet, cum uniuersa teneatis*, IX (inc.), 23, XII (Pacat.), 9, Arnob. II, 31, et freq. postt., u. c. Rufin. Orig. in Rom. II, 7 *inde est, quod et in hoc loco subiungit . .*, in Iesu N. 15, 3 p. 134, Ruric. ep. II, 15.

indebitus: Verg., Ou., Dig. (indebitum s.), Tert. adu. Marc. I, 23, Hier. in Dan. 9, 24 *Herodes indebitum arripuit regnum* al., Oros. VII, 27 *cupidos praedae indebitae*, Cod. Theod., Coel. Aur. t. IV, 9, 131.

indeclinabiliter: Rufin. Orig. princ. II, 6, 6 *quod . . indeclinabiliter motus ac gestus corporis suscipit et gerit*, id. eiusd. in Iesu N. h. 4, 2, in Ps. 36 h. 5, 4, Aug., Cassian. Coll. XXIV, 24 al., Chalcid., Max. Taur.

2626 **indecor**: subst. (?) Ambr. (?) in Susann. laps. 8, 34 *quantumuis laborem et indecorem subire contende, dummodo ab aeternalibus poenis libereris*, nisi tamen mauis pro adiectiuo accipere.

indecorosus: anon. in Iob II p. 150 *quid hoc indecorosius atque illicitius?*, — decorosus Ambr., all. (sup. 1223). Cf. *in-actuosus*, *inaquosus*, *inartificiosus*, *incopiosus* Tert., *indisciplinosus* (De-Vit s. u., adu. S. S. Sirac. Rönsch. p. 230), *inflexuosus*, *infrontuosus* Th. Thes., infructuosus pA et postt., ingloriosus Pl. ep., Arn. iun., intpr. Iren., *inherbosus* inf. 2786, inofficiosus, inspeciosus Petr., *instudiosus* App., irreligiosus Liu., postt.

indefatigatus: Sen., Fab. Claud. Gord. Fulgent. aet. mundi XI p. 142 *fatigato tot triumphis mundo ipse* (Caesar) *tantum indefatigatus ciuili sanguini non pepercit.*

indeficienter: Hilar. in ps. 118 l. 13, 2 *quod facit, indeficienter exercet*, Aug., Ps. Aug. serm. II ad catech. 13, an. in Iob I p. 23, Fulg. Rusp. c. Fastidios. 14 (in 2552), id. c. Fabian. fr. 6 al., uers. Polycarp. ep. ad Phil., — *indeficiens* S. S. (Rönsch p. 225 sq.), Tert., Lact., Ambr., Rufin. Orig. in Gen. h. 16, 3, an. in Iob I p. 121 *in futuro seculo illo infinito atque indeficienti*, Oros. apol. p. 605 *indeficienti usque in finem uigore.*

2630 **indeficientia:** Facund. defens. IV, 2 *tua ad Deum postulatio capsaci nostro indeficientiam ex paruo praestat.*

indefinite: Gell., Hilar. Pict., intpr. Orig. in Matth. 59 p. 339, Aug. Conf. XI, 26, 33 *quid metior . . et dico aut indefinite 'longius est hoc tempus quam illud', aut etiam definite 'duplum est hoc ad illud'?*, Agg. Vrb., M. Cap., Boeth., — *indefinitus* Gell., App. dogm. Plat. III p. 263 (propositio), unde mutuatus M. Cap. »IV, 396«, id. al., Chalcid.

indefinitio: Nou. uers. uulg. 103 pr. *existimauimus oportere antiquam indefinitionem* (*ἀοριστίαν*) *definire.*

indefloratus: Hier. (?) ad am. aegr. ep. II, 5 *indefloratae uirginis* (cf. 1253).

indelebilis: Ouid., Lact. (nunc add. ap. Gg.), Hier. in Ier. III ad 17, 1 (peccatum), Gaud. tr. 2 (et DV) *redemptionis nostrae indelebilem memoriam teneamus*, Adaman. locc. sanct. III, 4 *indelebilis in pauimento permanet idem equinus cruor.*

indeliberanter: anon. in Iob II p. 126 *melius est, ut congrediar, quam ante secundam luctationem indeliberanter fugiam; . . forsitan in secunda congressione uictoria ad me reuertetur.*

indeminutus: Zen. II tr. 13 (et DV), Petr. Diac. incarn. et grat. 3: A.

indemniter: Nou. uers. uulg. 29, 3 *circumibit indemniter ciuitates, ut neque ipse, neque eius assessor aliquid lucretur* (adi. Sen., Dig.).

indemonstrabilis: App. dogm. Plat. III, Boeth. Arist. Anal. post. I, 2, 3, 7, 19 al.

indemutabilis: Tert., Hilar. in ps. 52, 12 *bonus solus per naturam indemutabilem suam semper Deus*, ib. 11 al., Zeno, Cassian. Coen. Inst. VIII, 4 al., Ennod. Cf. 1312, 2641.

2640 *indemutabiliter*: Mar. Merc., Ennod., Cassiod. in ps. 16 s. f. *uidemus, quia duae naturae . . inconfuse atque indemutabiliter inuicem sibi conuenerint.*

indemutatus: Hilar., Fulg. adu. Pint. 10 *imago indemutata inuisibilis Dei, qui est Filius a Patre genitus.*

indeprehensibilis: (unbemerkbar, unbegreiflich) Quint. decl., auct. Zacch. et Apoll. cons. I, 26 *intellectibus nostris . . indeprehensibilem rationem*, inscr.

indesecabilis Hilar. Pict.: c p. 11.

indesignatus: Victor. Tunun. De poenit. 8 (ubi propheta quod proposuerat explicuit), *fert ille* (Dauid. rex) *indesignatam in se sub ueritate sententiam.* Cf. in-de-cernere Gargil. Mart.

indesinens: S. S. 2 Petr. Tolet., Cypr. op. et eleem. 26 *haec indesinentium operum magnanimitate redimantur*, Rufin. h. eccl. XI, 7, id. Orig. in Gen. h. 7, 6, id. eiusd. in Cant. II p. 434 *aquis indesinentibus nutriri* al., an. in Iob I p. 73 *in indesinenti laetitia*, Cassian. Coll. III, 7 *per indesinentem diuinarum meditationem Scripturarum* al., Ennod.

indesinenter: S. S. Hebr. (et Vulg.), Cypr., Lucif., Hier. c. Ioann. 11 al., Rufin. Orig. princ. II, 6, 6 p. 193 al., Aug., Oros., an. in Iob I in. *sicut coeli luminaria . . cunctis indesinenter . . fulgent . .*, ib. p. 47, 73 al., Sid. ep. I, 8 al, Ennod. ep. VI, 23 al., Greg. in I Reg. V, 4, 68 al.

indeterminate: Boeth., Rustic. c. Aceph. p. 1217 *quia non simpliciter de Deo fuerit sermo, sed indeterminate*, Dionys. Exig.

indeuotus: Rufin. Orig. in Exod. h. 13, 3 *sic indeuotus, sic infidelis uixisti, ut . .* al, Ps. Hier. scient. diu.

leg. 5 *quam damnationem excepturos credimus esse indeuotos, cum tantam exprobrationem deuotus exceperit?*, Cassian. Coll. XIX, 3 *melius est deuotum in minoribus quam indeuotum in maioribus professionibus inueniri*, Alcim., Cassiod., Cod. Iust.

2650 *indicabilis*: act. Coel. Aur., **pass.** Cassiod. in ps. 148, 3 *sensibiles et indicabiles substantias.*

in-dicibilis: Hier. Orig. in Is. hom. 7, 1 *qui* (Paulus) . . *audiuit indicibilia uerba* (2 Cor. 12, 4), Maxim. Taur., Ven. u. Maur. 25, Adaman. Columb. II, 30 (quasdam ante non uisas paene indicibiles patitur horrificas perturbationes).

*indifferenter **al.**: q. absque dilatione Aug. serm. 351, 4 *negotio suo, cum tu maiore occupatus es, indifferenter flagitat subueniri*, uita Fulg. Rusp. 13, Greg. M. ep. I, 20 *tu ad nostram audientiam indifferenter occurer.*

indifferentia: Gell., Quint. decl., Tert. adu. Marc. V, 19, Hilar. synod. 36 (nominis), 41 (naturae), Mar. Vict., Hier. Did. spir. snct. 19, ib. 25 al., intpr. Iren., Vict. Vit. pers. Vand. III, 19 *quae uox demonstrat indifferentiam Trinitatis.*

indifficulter: Aug. Ciu D. X, 15 (r. Gg.) *incunctanter atque indifficulter*, Cl. Mam. an., Fel. pap. III ep. 2 ex. plane barbare comp. indifficultius Verecund., cit. DV).

indigeries: Marc. Emp. p. 385 F *ad cruditatem atque indigeriem depellendam*, 324 E, Petr. Chrysol. serm. 121 *dies uariis crapulatus ferculis indigeriem suam ructabat ad coelum*, Anthim. 66 (pisum crudum) *facit infla-*

tiones graues et indigeries malas, Bened. reg. 39 (quo unico testimonio innititur DV), — digeries Macr., Cod. Theod., egeries Solin., Paul. Nol., Sid. ep. VIII, 11, intergeries gloss., congeries iam uett.

indigestibilis: Th. Prisc. med. praes. I, 9, id. diaet., Aug. Gen. ad lit. X, 13, 24, Coel. Aur., Dynam. II, 3 *ulpicium indigestibile est*, Muscio gynaec. I, 86.

indigestio: Gargil., Ambr. de Elia II, 39 *in intimis puerorum uisceribus uermes ex cibi indigestione nascuntur*, Veg. u., Hier., Aug. serm. 28, 2 (r. Gg.), Coel. Aur. (Rönsch p. 221), Cass. Fel. 51 p. 132 *ex antecedenti maiorum ciborum indigestione*, 41 p. 94, 44 p. 109 *cum* (epatica) *passio creuerit, indigestio frequenter nascitur*, 60 p. 148 *ex indigestionibus* al., schol. Pers. III, 99 (r. Gg.), sch. Iuu.

indignanter: Arn., Amm., accipere Rufin. apol. II, 29, Aug. diuin. daem. 6 *sic indignanter accipitur, quod aliqua etiam talia daemones audiant et praedicant*, audire id. adu. Iud. 8, 11 et 10, 15, [Rufin.] in Ioel 2, 4, 11 *indignanter exclama* al.

*indignatio: ut t. t. med. *noue* i. inflammatio (ut Cels., Plin.) adhibiti exempla Th. Prisc., Plin. Val. uide A p. 40, quibus add. Rufin. Orig. in Rom. II, 6 *ut . . huius* (uulneris) *tumor et distentio indignatio uulneris appelletur*, Coel. Aur. tard. III, 8, 128 al., Cass. Fel. 78 *uniuersas matricis indignationes, quae fieri solent, absoluet*, — atque ita indignari Th. Prisc.: A, Coel. Aur.

2660 *indisciplinatio*: S. S. Os. 7, 16 ap. Hier. in Is. XVIII ad 65, 6 sq. *cadent propter indisciplinationem linguae eorum* (Vulg. a furore linguae suae), Pass. S. Sereni,

Possid. uita Aug., Max. Taur., Dionys. Exig., Cassiod., Primas., Greg. M. ep. III, 2, Nou. uers. uulg. 26, 2 al.

indisciplinatus: S. S., Cypr., Aug., an. in Iob II p. 198 *ab impiis atque indisciplinatis hominibus*, Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. I, 27, Hier. (?) ad uirg. in exsil. missam 2 *indisciplinata festinatione*, Cassian. Coen. Inst. II, 10, id. Coll. VII, 19 *in rebus indisciplinatis*.

indiscretio: Hier., Rufin. bened. I, 2 ex., id. Orig. in Gen. h. 17, 5 *Patris et Filii unitatis atque indiscretionis* (non: Unbilligkeit).

indiscussus: Rufin. in Orig. in Rom. II, 6 *et hoc . . indiscussum non omittamus*, ib. 7 s. f., id. Pamph. pro Orig. p. 362 al., intpr. Orig. in Matth. 27 *si nec Abel nomen indiscussum debemus relinquere* al., Aug. ad Oros. 2, Cassian. Coen. Inst. I, 3, Cl. Mam. an. III, 1 *quae ex opusculo huius . . supersunt indiscussa*, II, 7, 6 al., Cassiod., adu. Aug. (DV), Mar. Merc. excc. Nestor. coll. II, 21 'indiscusse nolo faueatis'.

indispertibilis: Mar. Merc. Cyrill. incarn. unigen. 25 *incorporeus et indispertibilis* (disparṭibilis Tert.).

indisposite: Sen., Aug. Conf. X, 11 *ea, quae passim atque indisposite memoria continebat, cogitando quasi colligere.*

indissecabilis: Paschas. spir. sanct. II, 4 ante »Isid.«

indissimilis: Varr. L. L. dub., Hilar. Trin. VII, 5 *indiscretae et indissimilis in Patre et Filio naturae . .*

unionem al., Hier., Rufin. Orig. princ. II, 3, 4 *indissimiles sibi ac per omnia pares*, intpr. Iren., Cassiod. (Epiph.) hist. trip. II, 7.

indissimulabilis: (unverkennbar, unabweislich) Gell., Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. I, 1 *a quo sum hactenus munere uaria et indissimulabili necessitate suspensus*, ib. 98 (cf. sup. nr. 1537).

indissimulanter: Faust. ap. Aug c. Faust. XVI, 1 (locum indic. Gg.) *cum Iesum esse filium Dei exserte indissimulanterque confiterentur* (cf. gl. Plac.: exserte, indissimulanter atque ostentabiliter), Leo M. ep. 122 *crebrius principi dignare suggerere, ut indissimulanter Aegyptios iubeat admoneri ne . .*, 16, 7, Dionys. Exig.

2670 *indissociabilis*: Lact., Hier. Did. spir. sanct. 40 *indissociabilis atque indiscreta Trinitatis substantia*, Rufin. Orig. princ. II, 5, 3 (p. inf.), — *indissociabiliter* Rufin. l. l. *si indissociabiliter inhaeret uel malo iniustitia uel iniustitiae malum, sine dubio et bonus indissociabilis erit iusto et iustus bono*, ib. 6, 3 et fort. al., an. in Iob I p. 48 *indesinenter atque indissociabiliter adstant in conspectu Dei*, Cl. Mam. an.

indissociatus: anon. in Iob I p. 23 (septem Iob filii) *tanquam septem dies indiuisi et tanquam hebdomada indissociati*, ib. inf., III p. 214 (assederunt ei . .) *indiuulsi inseparati atque indissociati.*

indissolubilis: Cic. uniu., Plin., Lact., Amm., Hier., intpr. Orig. in Matth. 134 *quaestionis aut difficilis aut forte et indissolubilis*, Bachiar. ad Ianuar. 1, Chalcid.

indiuidue: Boeth., Cassiod. in ps. 88, 8 *tibi ueritas tua indiuidue semper inest.*

indiuiduum s. = *ἄτομον* Cic., all., *al.* (ut nos Individuum) Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. V, 24 *species . ., quibus indiuidua concluduntur.*

indiuisibilis: Tert., Diom. II p. 421 (et DV), Hier. Did. spir. snct. 9 *impassibilis et indiuisibilis atque immutabilis est*, Isid.

indiuisiue: anon. in Iob III p. 236 *sicut corpus et anima idem sunt indiscrete atque indiuisiue* (diuisiuus Boeth.).

indiuulsus: Paulin. Nol. ep. 8. 1, Aug. (add. Gg.), an. in Iob III p. 214 (in 2671), Macr., Paulin. Petricord. uita Mart. p. 1021 (t. 61) Migne.

indocibilitas Rufin.: A p. 15*, — *indocibilis* Ambr., Rufin. Orig. in Rom. VIII, 5 *imperitos quosque et indocibiles homines*, intpr. Iren., Cassiod., gl. Philox.

indocilitas App. »dogm. Plat. II, 4«: prudentiam indocilitas impugnat (u. l. indocibilitas), Philastr., intpr. Orig. in Matth. 15 *per suam indocilitatem et iniustitiam.*

2680 *indoloria*, ae Hier. in Eph. II ad 4, 17 sqq. *nam et quidam philosophorum ἀναλγησίαν id est indoloriam praedicauit*, Aug., Sidon.

indomabilis: Plaut. Cas., Hier. in Ier. III ad 23, 29 sqq. *corda dura et instar silicis indomabilia* al., Vulg., Hier. (?) in Iob 41 *incus*, Aug. (Gg.), Ps. Aug. serm. 22, 4, Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. IV, 6 *indomabilem te eam*

(concupiscentiam) *sentire*, an. in Iob II p. 157, Fulg. Verg. cont., Cassiod., Myth. Vatic. II.

indomitabilis: Victor. Tununens. poenit. 30 *incendio indomitabili.*

indormitabilis: Faustin. libell. prec., Dionys. Exig. creat. hom. 12 (et DV) *et mentis et ignis indormitabilis substantia*, id. epist. Procli de fide p. 412 M., Rustic. c. Aceph. p. 1251.

indubie: locis ap. DV add. auct. Zacch. et Apoll. consult. I, 36 *indubie . . omnibus prompta succurrit.*

indubitabiliter: Arn., Seru., Vigil. pap., Pomp. comm. p. 273 *'ad' praepositio est indubitabiliter*, Ven. u. Albini pr. 2, Misc. X, 3 s. f., — adi. Quint., Stat., Vlp. Dig., Arn. II, 60 al., Patric., Salu.

indubitanter: Vlp. Dig., Tert. adu. Prax. 21, Charis. I p. 67 sq., Hier. in Is. V ad 21, 13 sq. *ut, quae sit Cedar, indubitanter intellegas*, Aug., intpr. Orig. in Matth. 27 *scito indubitanter, quod . .*, Mar. Merc.

indubitatus: Sen. dial. VI, 20, 4, cett. (Gg.), recc. Vlp. Dig., Tert. adu. Marc. I, 9.

inducticius: Aug. de duab. anim. 12, 18 *nescio quas illas inducticias* (animas), gloss.

*inductio: intpr. Orig. in Matth. 39 *manere in primo apostolicae traditionis et ecclesiasticae inductionis proposito.*

2690 inductor: Plaut., *al.* Aug. Ciu. D. XVIII, 39 (r. Gg.) *γραμματοεισαγωγεῖς, qui latine dici possunt literarum in-*

ductores, *al.* i. illex Isid. Diff. I, 317 *illicem cum duobus l significat inductorem, ilicem* . ., gl. Labb. ἐμβιβαστής.

inductrix: App. s., Mart. Cap. V, 514.

indulcare: Vulg. Sirac., Tert., Hier. in Is. h. 2, 2 *ut indulcentur fauces meae.*

indultor: Tert., Ps. Hier. indic. haeres. 4, Petr. Chrysol. serm. 58 (et DV) *quod tota benignitate largissimus promittit indultor*, Laur. hom. 2 (et DV), Ven. uit. Mart. IV, 578 *criminis*, it. Isid. uir. ill. 8 (r. Gg.).

indultus, u: Sid., Cassiod. Var. XI, 14 *indultu regali*, Ennod. uit. Epiph. p. 400 *indultu clementiae tuae.*

induratio: Philastr., Rufin., Aug. grat. et lib. arb. 20, 41 Pharaonis, Faust. grat. Dei I, 18 *apostolus* . . *non Deo, sed homini culpam indurationis cordis ascribit* (in eod. cap. ter obduratio legitur, sed etiam uerba indurare et obdurare promiscue posuit Faust. II, 1), Isid. sent. II, 19, 5 *peccatorum poena ipsa uocatur induratio ueniens de diuina iustitia;* — indurare trnsl. ita u. c. et Cassian. Coen. Inst. II, 16 *cor eius magis magisque faciet indurari.*

industriosus: Cassiod., Iunior Philos. 17 *fortes uiros et ualde industriosos in bellis*, at adu. iam Cat. fr. et alii illis multo anteriores.

indutor: Aug. c. Faust. VIII extr. *talium fabularum sordidus sartor aut mendicus indutor* (indutor-ius Paul. Sent. III, 7).

inebriatio: Hilar. in ps. 64, 16 *terrae* . . *inebriatio et fluminis plenitudo*, Aug. Ciu. Dei XVI, 1 *eiusdem Noe*

et uineae plantatio et ex eius fructu inebriatio; — inebriator Tert.

ineffabilitas: Aug. serm. 117, 4, 126, 4, 7, c. serm. Arian. 19 al., Cassiod. (Epiph.) hist. trip. I, 19 *quae pro his friuolis quaestionibus inter alterutros* (uid. sup. 160) *disputata sunt, . . manere intra sensum debent, mentis ineffabilitate seruata,* Dionys. Exig. Procl. ep. de fide p. 415 D Migne.

2700 *ineffabiliter*: Hier. in Ioel 2, 12 sqq. *ineffabiliter clementem,* Rufin. in Symb. 9 al., Aug., — adi. Plin., App., Hier. ep. 96, 3 al., Rufin. in Num. h. 17, 4 *ineffabiliora et incomprehensibiliora,* Aug., Fulg. m.

ineliquatus: Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. I, 27 (quae si eius personae sunt, quam uenerari necesse est, defendantur explanationibus diuinae congruentibus aequitati; sin autem non metuendo sunt auctore prolata), *etiam ineliquata pellantur.* Vocem habet Gg., sed perperam ipsi tribuit Augustino.

inemigrabilis: anon. in Iob II p. 128 *immobilis et inexcitabilis et inemigrabilis atque simplex in iisdem semper iugiter permanens Deus* (emigrare trans. Titin. fr., Tert., Vulg., Aug.).

ineptare: Thes. nou. lat. p. 37 i. infatuare.

inerratum: Boeth. arithm. praef. *eo magis inerrato opus esse intellegebam* (r. Gg.).

ineuentilatus: Thes. nou. lat. p. 203.

ineuitabiliter: Aug. quant. anim. 37 al., Oros. h. VI, 5 *cum quaeque ciuitas tantis concursibus media ineuitabiliter periclitabatur*, Cassian. Coll. XII, 8 al., Boeth., Primas. in Apoc. IV ad 14 al., Rustic. c. Aceph. p. 1172; adi. Ou., pA, Hier. in Matth. II ad 12, 33, Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. V, 28 *ineuitabili naturalium coactu* (euitabilis Ou. et Sen. ss. ll., Oros. h. I, 10).

inexaminatus: Firm. m., M. Cap., Chalcid. Tim. 25, in Tim. 339.

inexcitabilis: Sen. (somnus), an. in Iob II p. 128 *immobilis et inexcitabilis.*

inexcruciatus: Egesipp. V, 22 in. *ne Matthian quidem, quo auctore in urbem receptus est, inexcruciatum* [= *ἀβασάνιστον* Ioseph. b. Iud. V, 13, 1] *necauit.*

2710 *inexcusabiliter*: Aug. in ps. 73, 3 *si illi inexcusabiliter terrenis inhaeserunt*, Cassian. Collat. XXI, 29, Alc. Auit., Facund., Greg. M.; adi. post p Vlp. Dig., Ambr., Cassian. Coll. XXI, 5 *inexcusabile etiam recusantibus Moyses pondus apponit*, all.

inexercitus: Tert. apol. 47 *Epicurei* (sc. asseuerant deum) *otiosum et inexercitum et, ut ita dixerim, neminem humanis rebus* al., Macr., Coel. Aur.

inexitiabilis: Egesipp. IV, 14 *confugiendi uotum habebant, sed qua uia inexitiabile* [*ἀναμωτί* Ioseph. b. Iud. IV, 7, 3] *id sibi foret, non reperiebant.*

inexoratus: Arn., Aug. c. Cresc. Donat. III, 46, 50 (r. Gg.) *cum ille coeptus feruidus atque inexoratus instaret.*

*inexpeditus: Liu. (?), Tert. adu. Marc. I, 9, Arnob. bis.

inexperibilis: intpr. Orig. in Matth. 55 *unumquodque eorum quae praefinit non ab inexperibili praefinit* (. . praefiniuit quidem consummationem facere mundi, non autem et tempora . . praefiniuit, quae posuit in sua potestate, ut si uoluerit ea augere, . . augeat ea . .).

inexplebiliter: Iulian. uit. contempl., Dionys. Exig. (DV), Cassiod. in ps. 67 *de coelestibus deliciis inexplebiliter farciuntur*, inc. uisit. infirm. II, 7 *commodis praesentibus . . inexplebiliter inhiat.*

inexplorabilis: Ignat. ep. ad Trall. (uers. uet.) 7 *uitam uestram inexplorabilem apponite omnibus hominibus*, an. in Iob II p. 201.

inexploratus: Liu., Sen. benef. VI, 30 *dum uindicat inexplorata pro certis*, ib. VII, 2, 6, Plin. s., postt. (ut quos cit. DV).

inexpressus: schol. Luc. III, 415 (r. Gg.) *inexpressa et incerta.*

inexpurgatus: Greg. in I Reg. V, 4, 33 *in inculto et inexpurgato corde.*

2720 *inexquisitus*: Hilar. in ps. 118 l. 12, 14, *inexquisita et inuestigabilia Dei iudicia*, Cassian. Inc. Chr. VII, 28 *o mira et inexquisita compago! qui erat fit, et creator creatur*, Mar. Merc., Fulg. Rusp.

inexscrutabilis: S. S. Rom. 11, 33 ap. Cypr. testim. III, 59 *quam inexscrutabilia* (Vulg. incomprehensibilia) *sunt iudicia Eius*, Hilar.

in-exsistens: Mar. Vict. adu. Ar. I, 50 *secundum suimetipsius inexsistentem exsistentiam; inexsistens* Boeth.

inexsistentiabiliter: Mar. Vict. adu. Ar. I, 50 (nr. 1873).

inexsolubiliter: Cass. Coll. XVII, 5 *nisi nos . . etiam autoritate seniorum nostrorum sciremus inexsolubiliter colligandos;* — adi. Ambros.

inexspectatus: Cic., Ouid., Val. Max. V, 10, ext. 3, Sen. ep. 91, 3 al., Frontin. strat. III, 9, 7 al.

inexterminabilis: uid. 1900.

inextricabiliter: App. s., Cassian. Coll. I, 20 *huiusmodi laqueis inextricabiliter irretitum*, Aldh. epist. 1; — adi. Varr. fr., Verg., Plin., Sil., App. Met. VI, 14 *inextricabilis periculi mole prorsus obruta* (Psyche), 10 al., Hier. in Is. III ad 7, 21 sqq.

inexustus: Egesipp. V, 42, 2 (aedificia) *si inexusta reseruarentur.*

infabricatus: Verg., Aug. c. epist. Manich. 31, 34 *de bonis quibusdam, sed non summis et infabricatis, sicut est Deus*, id. uer. relig. 11, 21 al., Ennod. ep. V, 19.

2730 **infallibiliter**: act. Aug. praedest. sanct. 15, 2 *illa infallibiliter facta hominis a Deo Verbo susceptio*; — adi. Beda.

infamatio: Non., Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. II, 15 *delicta uoluntatis imputare naturae et infamatione seminum morum petulantiam uindicare,* IV, 56 al., Facund., Isid. ep. 6, 3 *ex manifesta praelati infamatione.*

infamator: Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. IV, 108 *diuinae aequitatis infamator*, Cassian. Coll. XVIII, 15, Gennad. uir. ill. 24 (qm l. et DV).

infamium: Ennod. u. Epiph. p. 390 *homo in perfugarum infamio notitia ueteri pollutus*, »Isid. Or. V, 27, 26« (ubi Otto: infamia).

infantiliter: Hier. Orig. in Ierem. hom. 1 p. 750 Vall. *neque enim scio (ut ita dicam) infantiliter loqui, et infractis uerbis iam grandaeuus cum pueris sermocinari*, [Fulg.] serm. 23 *unus de paruulis istis, qui infantiliter plangunt, cum illis pedes lauantur; — adi.* Iustin. (XVII, 3, 20), App., Dig., ed. Diocl., Hier. Aug. serm. 174, 6, 239, 5 et freq., Rufin. prol. ad intpr. Orig. in Cant., intpr. Iren., Cass. Fel. 37 p. 82 (aetas), Facund. defens. IV, 2.

infatuatio: anon. in Iob III p. 219 *animarum infatuatio atque cordium scandalum.*

infauste: Cassiod. an. 12 *ita perpetuae poenae tradentur, ut infauste semper exsistere comprobentur.*

**infectio*: (*βαφή, βάμμα* gl.) Th. Prisc., Ambr., Coel. Aur. t. III, 5, 72, Cass. Fel. 49 in. *ex infectione fellis pallor corporis*, Chalcid., al. Iul. Val.

infectrix: Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. II, 105 *infectrix seminum culpa primi genitoris* (»Aug. gramm. 6«: pluraliter infectores et haec infectricia).

inferax: Hier. Orig. in Cant. hom. 2 p. 523 A, id. eiusd. in Ezech. h. 1, 5 *plurimos peccatorum et inferaces bonorum* al., Boeth. arithm. II, 2 (r. Gg.).

infernalis: Hier. (?) in ps. 17 *quae mortem infernalem operantur*, in 23 al., Prud., Alcim.

infertilitas: Hier. Orig. in Ezech. h. 4, 1 *peccatores sine . . posteritate sui aeterna infertilitate damnantur*, ib. 2 *terrae* (locos r. Gg.), gloss. Cyrill.

infestatio: Frontin. Grom. p. 16, Tert., Cypr. ep. 39, 2, 57, 1, 59, 6 al., Th. Prisc. II chr. 16, Lucif. Moriend. p. 1014 (sup. 582), Ambr. ep. 15, 2 *barbarica infestatione*, Eges., Aug. c. duas epist. Pelag. IV, 10, 27 *obsessa mens hominis et undique diaboli infestatione uallata*, id. c. Gaud I, 21 *aduersitatis infestatione*, Oros. h. II, 13 al., Cassian. Coll. II, 13 al., Ps. Cypr. sing. cler. 44, Salu., Cassiod.

*infidelitas: *ecc l.* q. incredulitas (2605), irreligiositas: Hier. adu. Lucif. 17 *sub rege Constantio* (sc. in synodo Ariminensi) *sub nomine unitatis et fidei infidelitas scripta est*, c. Pelag. II, 14 (nr. cit.), ep. 60, 5 ex. al., Vulg. Sap., Rufin. Orig. in Rom. II, 14 (nr. cit.), IV, 4 s. f. al., intpr. Orig. in Matth. 27, an. in Iob III p. 231 al., Cl. Mam. an. II, 7, 5 *ignorantiae nubilo caecata et infidelitatis frigore in quandam glaciem durata gentilitas*, Salu. gub. Dei V, 145, alii, — atque *ita infidelis* iam

S. S. uet., Tert., ut adu. Marc. V, 11, Cypr. ep. 30, 3 al., Arn. II, 60 *hoc saepius dicendum est, ut infidelium dissiliat et dirumpatur auditus*, Rufin. Orig. in Num. h. 9, 1 al., intpr. Orig. in Mtth. 70 *quando tam fidelibus fuerit factus manifestus*, an. in Iob I p. 18 *infidelitati atque infidelibus non appropinquare*, alii, itemque fidelitas, ut e. c. Hier. c. Pelag. II, 22, fidelis, ut e. c. intpr. in Mtth. l. l., fides passim eccl.

infidigraphus: anon. in Iob I p. 124 *non exstitit infidelis Deo neque infidigraphus neque ingratus*, ib. p. 115. Cf. recc. artigraphus, satirographus.

infime: Aug. ep. 18, 2 *uides in ista distributione naturarum, quid summe sit, quid infime, et tamen sit, quid medie maiusque infimo et minus summo sit.*

infingere: Tert. cult. fem. II, 5 *quod nascitur, opus Dei est; ergo, quod infingitur, diaboli negotium est*, Chalcid. (quem Gg. maluit aduocare testem).

infinitas: Cic. aliq., Mar. Vict., Hilar. in Matth. 14, 11 *ex Israel populi infinitate uirorum quinque milia crediderunt*, id. Trin. II, 31 al., Amm., Aug. uer. rel. 43 *quae cum habeant infinitatem diuisionis, nox ipsa per se, sed in aliorum et maxime ipsius uniuersi comparatione tam parua sunt* al., Cassian. Inc. IV, 6 al., Eust. Hex. I, 2.

infirmare: (in- praep.) Coel. Aur. acut. III, 4, 36 *insidente atque infirmata et stante passione.*

infirmari: depon. q. aegrotare Vulg. II Cor. 11, 29 *quis infirmatur, et ego non infirmor?* et saep. in S. S.

uers. uet. et Vulg. (Rönsch Itala p. 370 sq.), Cypr. op. et eleem. 6 *cum infirmata esset et mortua*, Aug. in Io. tr. 18, 6 *et, si infirmabamur, uisitaretis?*, Rufin. Orig. in Ps. 37 h. 1, 2, — unde et est part. praes. *infirmans* q. aegrotans Aug., Sulp. Seu., Max. Taur., Petr. Chrysol., Cass. (Epiph.) hist. trip. VII, 17 *multi infirmantium, cum in illo* (lecto) *collocantur, salutem fide percipiunt*, Greg. M. (cf. Quicherat Add. lex. lat. et De-Vit s. u.).

infiscare: Aldhelm. laud. uirginit. 35 *ne ab imperatoribus locuples gazarum opulentia . . funditus infiscaretur;* — confiscare Suet., Tert., ICti.

infitiabilis: Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. VI, 30 *non infitiabili coniectura, sed certo res tenetur exemplo*, Chalc. in Tim. 15 *certa minimeque infitiabilis arithmeticae disciplinae auctoritas* (locos r. Gg.).

inflatilis: uers. Ignat. ep. ad Trall. 7, Cassiod. mus.

**inflatio*: *trnsl.* q. superbia Hier. in Is. hom. 8, 2 *uideamus inflationem eius, quanta sit, ut eam caueamus* al., intpr. Orig. in Matth. 12 *per inflationem decidunt in iudicium diaboli*, an. in Iob I p. 34, Aug., Sulp. Seu. dial. I, 20, 1, 25, 6, Oros. apol. 22 p. 610 s. f.

inflator: Aug. grat. et lib. arb. 14, 27 *non defensores, sed inflatores et praecipitatores liberi arbitrii*, id. c. sec. resp. Iul. II, 154 al., Anth. Lat. 682 (Ouidio trib.), u. 7 *lubrice, uentisonax, inflator, stridule, anhele* (r. Gg.).

inflatus, us: Cic., Tert. an. 48 (inflatui).

inflexibiliter: Aug. quu. in Hept. II, 18 (et DV), Damas. ep. dub. 2, 9 *per eam* (scientiam) *uias uestras dirigentes inflexibiliter* (adi. iam pA).

*inflexio: *trnsl.* Hier. adu. Iouin. II, 8 *uocum inflexionibus* al., Macr. diff., Boeth.

influxio: Macr., Coel. Aur., Cass. Fel. 22 p. 37 *sanguinis*, 23 p. 39, — influxus, us Firm. m. V, 23 al.

*informatio: Unterweisung Vulg. 1 Tim., [Rufin.] in Am. I ad 3, 1 sq. *quod uos . . elegissem, quos sacris informationibus erudirem*, Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. III, 126, Aug., Cassian. Inc. VII, 31 *illius . . informationem tenete.*

informator: Tert., Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. II, 236 (r. Gg.) *ecclesiarum*, id. ib. III, 98.

2760 **informatus,** u: [Rufin.] Comm. in Ioel, ad 2, u. 21 —23 (quia doctores iustae conuersationis acceperis), *quorum informatu et modestus ageres et beatus.*

inframuraneus: Greg. Tur. Hist. Fr. VII, 22 *domus.*

infrangibilis: Hier. in Ier. III ad 17, 1 *lapis adamantinus, qui ex eo quod indomitus sit et infrangibilis hoc nomen accepit* (frangibilis sup. 2069).

infremere: Verg. s., Lucan. I, 210, Stat. Ach. II, 181 et all. ppA, Hier. ep. 38, 2 al.

infrequenter: Ambr. ep. (dub.) 55 (thesaurus) *habentibus non infrequenter perniciosus;* compar. »Boeth. in Arist. de interpr. ed. sec. p. 378«.

infrigidare: trans. Th. Prisc I, 10 *posca frigida infrigidetur*, 21 *infrigidatae partes* al., Pl. Val. V, 2, ib. 35, Coel. Aur., Cass. Fel. 30 *erit infrigidanda facies ex aqua nimis frigida* al., inc. quu. ex uet. Test. 2, Muscio gynaec. I, 64, sch. Iuu., *intr.* Cass. Fel. 2 p. 11 *ceram resolues et cum infrigidauerit rades*, 18 p. 26 al., 35 p. 77 *tolles ab igne, ut infrigidet*, 40 p. 93.

infructiferus: Ps. Aug. ad fratrr. erem. serm. 3 *uere infructiferus es, et infructiferos facis qui te audiunt*. Cf. serm. 18 'o uermis mortifere', 33 'amor mortiferus', hoc quidem (mortiferus pro mortifer) praeitore Celso. Ceterum »infructifer« exhibent Klotz et De-Vit ex inscr. (arbores . . infructiferae), Ott Beitr. z. lat. Lexicogr. II, p. 2 e Don. ad Ter. (ap. quem ait legi: salsa et infructifera); add. Eust. Hexaem. II, 1 'arborum fructiferarum uel infructiferarum' (cod. Colb. II), — quibus tamen e locis, utra fuerit nominatiui sing. masc. forma, non perspicitur. Cf. oenoferus Prob. de nom. exc. p. 211 K., doriferus inscr.

infrugifer: Victor. Tunon. poenit. 20 *quae* (ficulnea arbor) . . *infrugifera iubetur abscindi*, »schol. uet. ad Hor.«

infrunite: anon. in Iob III p. 220 *cum infrunite manducauerint uel biberint, . . et* (uiscera) *in dolorem atque in infirmitatem fuerint conuersa, . . tunc nimirum dicunt insipienter, quod fascinatus sit quilibet;* — infrunitus Sen., Macr., Vulg. Sirac. (31, 23: cholera et tortura uiro infrunito, et 23, 6).

in-fucatus: Arn., Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. II, 116,

2770 *infusio: »medial« (Gg.) Coel. Aur., Cass. Fel. 43 p. 108 *ad splenis debilitatem ex infusione humoris*, al. (concr.) id. 61 p. 153 *ipsam infusionem dabis ut in ore contineant*, 29 p. 49 al.

ingeminare: p, Hier. c. Ioann. 29 *et tu semper 'corpus' ingeminas*, adu. Iouin. II, 37 al., Aug.

ingeniare: auct. de S. Hel. 15 *quodam speciali ingenio, quo natura matres pro conseruatione spei et educatione filiarum ingeniauit*, — ingeniatus Plaut., Gell., all.

ingeniculatio: Adaman. u. Col. II, 20 *post ingeniculationem surgens.*

in-genitus: Arn., Ambr., Rufin. Orig. princ. I, 2, 6 *nihil ingenitum id est innatum praeter solum Deum*, 2, 3 et saep., Consent. ap. Aug. ep., P. Nol., Ferrand. ep. ad Seuer. c. 2.

ingerminare: auct. de S. Hel. 32 *ex instinctu quodam, quem sibi* (i. ei) *natura ex nobili sanguine procreata ingerminauit.*

inglutire: (ital. *inghiottire*) Cass. Fel. 44 p. 109 *costum masticandum dabis, ut ipsum humorem inglutiant*, Isid., gloss. (deglutire App. h. 29, 1).

*ingluuies: *transl.* in abstr. Tert. ieiun. 1 al., Eutr., Claud. in Eutr. II, 333, Hier. saep., ut in Is. XVIII pr. *gulae ac uentris ingluuiem.*

ingratificatio: anon. in Iob III p. 212 *cum cuilibet tribulatio aduenerit, tunc uidelicet illi* (amici mendaces)

discedunt et despiciunt, . . obliuionem atque ingratificationem omnium priorum ostendentes. Cf. ad 2351.

ingratificentia: Fulg. Rusp. Ad Monim. III, 4 *dum ingratificentiam reddunt gratiae Saluatoris;* — gratificentia intpr. anon. in Iob sup. 2219, ingratificus Acc. trag. frgm.

2180 *ingrauanter*: auct. consult. Zacch. et Apoll. I, 18 *quam ob causam tot seculorum temporibus absumptis latio legis emerserit, . . si facultas scientiae est, ingrauanter eloquere*, Greg. M.

ingrauatio: Aug. quu. in Hept. II, 30 cordis Pharaonis (r. Gg.), Cod. Theod.

ingressibilis: Nou. uers. uulg. 30, 8 (sup. 2620).

ingressio: Cic., Cypr. hab. uirg. 7 al., Ambr. in ps. 43, 1 *ad altare sacrasanctum*, Hier. in Ez. VIII ad 25, 1 *templum hostium ingressione pollutum*, Atil. Fort., Isid. hist. Goth. 83 *Vandalorum.*

*ingressus: *meton.* Non. p. 37b *quod* (uestibula) *in primis ingressibus . . domorum . . soleant haberi*, Hier. in Ezech. XIV ad 46, 19 sqq. *introduxit me per ingressum, qui erat ex latere portae*, Prud.

ingustabilis: Plin., *act.* Ignat. ep. ad Philipp. uers. uet. 9 *hominem XL diebus et XL noctibus ingustabilem exsistentem cibo humano.*

inherbosus: Hier. nom. hebr. p. 14 *Ophir . . interpretatur irritum uel inherbosum.*

inhianter: Aug. c. sec. resp. Iul. I, 70 al., Greg. in I Reg. V, 4, 37, dial. III, 7, Aldh. Septen. p. 201 M.

7* **inhiator:** Ruric. ep. II, 10 *non alienae possessionis importunus inhiator.*

inhibitor: Nou. uers. uulg. 8, 12 *uiolentiarum inhibitores*, 133, 21 al., thes. nou. lat. p. 268 et 295.

inhonestare: Ouid., Hilar., Aug. in ps. 127, 8 (aliquem sputis).

2790 *inhonestas*: Tert., Aug. c. Iulian. IV, 16, 82 *confusionem inhonestatis esse, non dubium.*

inhonorabilis: Tert., Hilar., an. in Iob I p. 7 *inhonorabiles atque egeni effecti.*

inhonorare: S. S. uet., Tert., Hilar. in ps. 51, 8 et 13, Hier. ep. 148, 4 *per singula quaeque praecepta inhonorantes Deum . . ad iracundiam prouocamus*, in Ez. hom. 12 aliq. et al., an. in Iob I p. 21.

inhumanatio: Flauian. ap. Leon. ep. 22, 3, postt., quos cit. DV.

*iniectio: *i.* enema Coel. Aur., Cass. Fel. 49 p. 132 al.

iniectorius: Cass. Fel. 48 p. 127 *per enetera i. e. tibiam iniectoriam*, 51 p. 133 trociscus.

inimicari: Vulg. Sirac., Rufin. Orig. in Ps. 36 h. 3, 12 *iustis*, Aug. conf. I, 18, 29 (r. Gg.) *inimicando*, unde est inimicans Aug. in ps. 84, 4 *ab hostibus suis circum-*

quaque inimicantibus multas molestias patiebatur (populus Israel).

inimicarius: Thes. nou. lat. p. 295.

inimiciter: pr, Adaman. u. Col. II, 17 *non semel, sed bis inimiciter agens.*

inimitabilis: Vell. s., Quint., Ambr., auct. Zacch. et Apoll. I, 18 al., intpr. Iren., Cassian. Coen. Inst. III, 1, Coll. IX, 25 al., inscrr.

2800 **in-indigens:** uers. uet. Ignat. ep. ad Philipp. 9. Formas negatiuuas (in-priu. praefixa) a part. praes. defiguratas inuenimus uett. c. uiginti, ut sunt impatiens, impudens, indicens, innocens, insciens, insipiens, insolens . ., at recc. aliquanto plures: cf. 2402, 2635, 2722.

ininitiabilis: Hilar., Cassian. inc. Chr. VI, 22 *licet nec homo ininitiabilis, nec Deus passibilis dici debeat*, ib. sup.

inintellegere: inc. quu. ex utroq. Test. 105 *qui ad praesens septies honorantur* (Luc. 18, 30), *potest inintellegi, quia etiam in futuro septem partibus clariores ceteris futuri credantur.*

inintelligibilis: Mar. Vict. gener. uerbi diu. 13 (et DV), Hilar., Ambr., Mar. Mercat. Cyrill. apol. adu. Orient. p. 944 M. *propter ἕνωσιν summam et nobis inintelligibilem.*

ininuestigabilis: Tert., Hilar., Hier. in Eph. II ad 3, 8 sq. *ininuestigabiles diuitiae Christi*, et aliq. ib.

initiatio: Suet., Tert. adu. Marc. IV, 33 al., Hier. in Abac. I ad 2, 15 sqq. *initiationes quasdam et mysteria* al., all.

initiator: Tert., Nouat. Trin. 4 *initiator aut artifex mali operis*, al. Hier. (r. Gg.).

iniubilare: Hier. (?) in Iob 38 *iniubilarunt omnes filii Dei.*

iniudicatus: Cat. fr., Hier. in Ier. IV ad 25, 30 sq. *ut nullus iniudicatus abeat*, al. (unbeurtheilt) Quint. s., Gell., Coel. Aur.

iniunctio: Sidon., Ven. u. Alb. 18.

2810 *iniuriare*: S. S. Hebr. 10, 29 ap. intpr. Orig. in Matth. 114 *qui . . spiritum gratiae iniuriauerint* (Vulg. spiritui gr. contumeliam fecerit), Matth. »22, 6« et al. (iniuriauerunt, iniuriabitur), Flauian. ap. Leon. M. ep. 22 *iniuriantis paternas doctrinas*, all., quos cit. DV; saepius part. perf. iniuriatus Tert., Optat., all. (DV et Rönsch p. 298).

iniuriator: Ignat. ep. ad Philipp. 11 *legis Dei.*

iniuriositas: Thes. nou. lat. p. 281.

in-natiuitas: Hilar. op. hist. fr., [Victorin.] de physicis 5 *quae distantia diuinitatem natiuitatis unam constitutam omnibus esse non concedit, ex quo ad unum iterum innatiuitas pertinet, ceteris exclusis ab innatiuitate, unde natos esse necesse est.*

BIBLIOTECA OXFORD HISPANA

in-natus: Tert. apol. 47 al., Rufin. Pamph. pro Orig. p. 307 *utrum natus sit an innatus* al. (cf. 2774), Prud., Nicet.

in-nauigabilis: Liu., Lact., Hier. in Ez. IX ad 30, 1 sqq. *ubi Nilus innauigabilis est et cataractarum fragor*, Iorn.

innotare: Rufin. Orig. in Rom. II, 13 *aduersari et cum irrisione quadam innotare Deum Legis solet* (Marcion) *non solum ipse, sed et omnes haeretici, qui Vetus Testamentum repudiant*, Prud.

innotescentia: Ps. Eucher. comm. in Reg. I, 14 *ita utcunque surgo ad innotescentiam illius quae appellatur ira Dei.*

irrationabilis: Quint. inst. II, 16, 16 codd., decl. 325 (et DV) al., App., S. S. uet. 2 Petr., Ps. 48, 21 ap. Tert. res. carn. 52, Lact., Hier. in Ezech. IV ad 13, 4 sqq. *isti congregauerunt irrationabiles quosque* al., Rufin. Orig. princ. I, 3 6 et saep., intpr. Orig. in Matth. 50 *irrationabiles equi*, an. in Iob II p. 191 *mulieres*, intpr. Iren., Salu., Cod. Iust., all., — *adu.* Tert., Amm., Charis., Hier. adu. Lucif. 4 *tam irrationabiliter inclementes* al., intpr. Orig. in Matth. 17, Coel. Aur., Prisc. (irrationalis Sen., Quint. VIII, 6, 13, Tert. scorp. 10, Diom., Hier. in Ier. II ad 9, 10, Rufin. Orig. in Rom. III, 6 *omne, quod irrationale est*, opp.: rationalis creatura, Mart. Cap., Boeth., Cassiod.; — ceterum rectene omnibus quos citant locis nunc diiudicare nequeo).

3050 *irrationabilitas*: App. Ascl., an. in Iob II p. 192 *Eua prima mulier, prima in insipientia, maxima in irrationabilitate*, ib. III p. 226, Aug. Gen. ad lit. 5, 24 *huic*

contrariae tenebrae sunt irrationabilitas, intpr. Iren., Boeth., Dionys. Exig. Greg. cr. hom. 29, Gelas. adu. Pelag. haer. p. 123 Migne (in 4534).

irrecessibilis: act. intpr. Orig. in Matth. 63 *Christus a se ipso irrecessibilis est.*

irreconciliabilis: Eges. B. Iud. I, 40, 8 (r. Gg.) *insimulatis irreconciliabilis, amicis incredulus*, »actt. Niceph. mart. n. 6«.

irrefragabilis: Ps.-Aug. ad fratrr. in eremo serm. 55 *uerum est . . et irrefragabile*, Thes. nou. lat., — adu. *irrefragabiliter* Venant. Fort. uita Hilar. I, praef. 1 *irrefragabiliter ueteris dispositionis catholici dogmatis fundamenta custos obseruas;* »auct. hist. Datian. 1 et 20«.

irrefrenabilis: Aug. bon. coniug. 5 (r. Gg.) *concupiscentia . . habens de se ipsa irrefrenabilem carnis infirmitatem*, Chalcid. in Tim. 323 (r. Gg.) *irrefrenabili quodam impetu* al.

irrefutabiliter: Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. I, 48 *his irrefutabiliter concessis*, ib. 63, II, 16, IV, 51 al.; adi. Arn., Rustic. c. Aceph. p. 1188 *rationes.*

irregularis: Thes. nou. lat. p. 17 anomalus i. irregularis, 46, — regularis Plin., all.

irreligiositas: Tert., Hilar. in Matth. 5, 13 *ne . . inexpiabilis irreligiositas contrahatur*, id. Trin. I, 36 *amotis uitiosarum praemeditationum . . irreligiositatibus*, ib. 23 al., intpr. Iren.

irremediabiliter: Ambr. (Quich.), Rufin. Orig. princ. I, 6, 2 *non irremediabiliter moti . . ordinibus*, Vigil. Taps. c. Arian. I, 5, Primas. in Apoc. IV ad 16 *irremediabiliter perierunt*, ib. inf. (cf. DV), adi. Plin., all.

3058* **irremediatus:** Ps. Hier. Valerius Rufino 16 *languor, qui doloribus irremediatis non cessat affligere.*

irremissus: Hilar., Eucher., Cassian. Coll. XIII, 6 *irremissam operis sedulitatem*, XVII, 29, VI, 14 al.

3060 *irremotus*: Prud., Hier. (?) assumpt. B. Virg. 17 *uirtutum pudicitia comes irremota*, Prosp. (?) carm. ad uxor.

irremuneratus: Aug. (?) ad fratrr. erem. serm. 41 ex. al., Cassiod. Var. VII, 32 et saep., Greg. M. in I Reg. I, 3, 26.

irreparabiliter: Aug. c. Faust. XV, 3 (r. Gg.) *nisi mihi uerus . . sponsus tuus . . remissionem peccatorum posuisset, . . terram factum serpens irreparabiliter deuorasset*, id. de uirgin. 29, Vigil. Taps. c. Eutych. V, 26 *irreparabiliter cecidit.*

irreprehensibilitas: Greg. M. reg. pastor. 8.

irreprehensibiliter: Ambr., Hier., ut Did. spir. snct. 11 *uiuens irreprehensibiliter*, intpr. Orig. in Matth. 107, Claud. Mam. an., auct. Praedest., *adi.* S. S. uet. (et Vulg.), Tert., Arn., Firm. m., Hier., ut ep. 148, 16, postt.

irreprehensus: Ouid., Charis. I p. 57 *utrumque irreprehenso sermone dicetur*, Hier. in Gal. II ad 4, 10 sq. *nec irreprehensos reliquit.*

irreseratus: Hier. (?) ad am. aegr. ep. II, 5 *cum irreserato aditu seminali clauso utero concepit.*

irreuerberatus: Adaman. uit. Columb. III, 23 *nullus solem rectis et irreuerberatis potest intueri oculis.*

3067a **irreuerendus:** Ps. Hier. uer. circumcis. 8 *ut . . irreuerenda in ipso uideretur humanitas.*

irreuerenter: Plin. ep., App. bis, intpr. Iren., Petr. Chrysol. serm. 175.

irridenter: Laber., Aug. Ciu. D. XX, 30, 3 *irridenter flexis genibus adorato*, id. anim. orig. II, 17 al., Acr. ad Hor. S. II, 3, 130 sqq. *ironicōs h. e. irridenter*, compar. Fronto.

3070 *irrigator*: Auien. or. mar. 393, Aug., Innocent. ep. 28, 7 *plantator et irrigator.*

irrisorie: Seru., auct. Praedest. I, 88; — *adi.* Aug. don. perseu. 2 (r. Gg.) *irrisoria illa actio gratiarum*, id. c. sec. resp. Iul. IV, 112, Mart. Cap., Cassian. (ap. Gg.).

irritatio: Liu., Val. Max. VI, 3, 10, cett.

irrorare: Verg., Ou. (etiam p postt.), Cels. V, 26, 8 *sudores . . tanqua mirrorato corpore oriuntur* al. (unum l. et DV), Col., Apic., Hier. in Eph. III ad 6, 12 *nubes, ex quibus fundantur pluuiae et imber irroret* al., Aug., — irroratio Aug. in ps. 38, 6 (r. Gg.), Cassiod.

irrotare: Minuc., Cassiod. in ps. 58, 4 *quorum uita tortuosis semitis irrotatur.*

irrumabiliter: inscr. Pompei. (ed. Zangemeister) n. 1931 (r. Gg.).

irruptus: Hor., Prosp. de ingrat. uers. 662.

irruptus, us: Fab. Claud. Gord. Fulgent. aetatt. mundi XI, p. 141 *urbis irruptum anserinae uocis indicio * erutum.*

ischiasis: pro ischias (morbi genus) Ps. Cypr. dupl. mart. 40 (r. Gg.) *pleuritis, ischiasis, podagra . .*

ischiaticus: pro ischiadicus (Plin., all.) Dynam. II, 10, ib. 22 al.

3080 **itinerator**: Ven. Fort. u. Mauril. 24 *peregrinus quidam . . Maurilium . ., quatenus ab ipso uerbum salutis audire potuisset, . . cum aliis peregrinis itinerator auidus expetebat.*

iubilatio: App. s. (plur.), S. S. (Rönsch p. 74), Rufin. Orig. in Iesu N. h. 7, 2 sq., Aug. in ps. 88 s. 1, 16 (e Ps. 88, 16) al., Paulin. Nol. ep. 13 et 14, Cassian. coll. XXI, 26 (r. Gg.) *hostiam iubilationis suae Deo offerentes*, Arnob. iun. in Ps. 26, id. in 88 et al., Petr. Chrysol. s. 46, all.

iubilus: pro iubilum Vigil. Trid. ep. 2, 6 *inter strepentes et horridos iubilos pastorales.*

iudaice: Hier. in Abac. II ad 3, 11 sqq. *isti semichristiani* (Theodotionem et Symmachum dicens) *iudaice*

transtulerunt, et Iudaeus Aquila interpretatus est ut christianus, Vulg., postt.

iudaizare: Mar. Vict., Hier. in Is. IV ad 11, 6 sqq. *ut iudaizantes nostros conuincamus* al., Vulg., intpr. Orig. in Matth. 16, Aug., uers. uet. Ignat.

iudicabilis*: **act. Ambr. in ps. 37 *iudicabili quodam uigore et auctoritate censoria odit uitia;* pass. M. Cap.

iugabilis: Macr., inc. quu. ex utroq. Test. 106 *si hoc tacuisset* (sc. factas esse substantias), *aeternae fortasse putarentur esse substantiae, Deo iugabiles aestimatae.*

iugalis: *subst.* i. coniunx S. S. ap. Ambr., eoque respiciens Ambr. off. min. III, 19, 112 (r. Gg.) *uir leuita acceperat sibi iugalem*, ib. inf. *ut cum sua iugali repararet gratiam*, ib. 115, id. Hexaem. V, 7, 18 *tu iugalem repudias tuum* al., Cassiod. in ps. 50, 19 (r. Gg.) *Eudoxia iugalis eius* (Theodosii), id. Var. X, 24 (r. Gg.) *legatum domni iugalis nostri*, 23 al., hist. trip. II, 14, Ven. Fort., De miracc. S. Steph. I, 6 *iugalis eiusdem, mariti sui luctu perculsa*, carm. Sodom., Anth. Lat., inscr.; al. iugales s. (sc. equi) Verg., Ou. Met. V, 661, Sil., saep. Stat., ut Th. VI, 330, Tert. ad natt. II, 9, Claudian. saep., ut rapt. Proserp. II, 319 *uertunt emeritos ad pascua nota iugales*, III, 138, Vulg.

iugalitas: Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. I, 36 (r. Gg.) *illam ueram esse uirtutem, quae hac quadrua iugalitate perficitur* (i. e. prudentia, fortitudine, temperantia, iustitia coniunctis), Fulg. m., Aldh. laud. uirg. 8, ib. 19 al.

iugiter: temp. App. mund. s., S. S. uet. (et Vulg.), Cypr. bon. patient. 7 al., deinde freq. scrr. sec. IV et V, ut Mamertin., inc. paneg. (VI) Maxim. et Const. 11 *facilius fuerat iugiter imperasse, . . intermissa desiderant nouas uires*, Aus., Amm., Veg. m. (at non Eutr., Vict., Claudian.), Marc. Emp. 27 p. 370 *si triduo iugiter bibatur*, 23 p. 350 B et saep., Pl. Val. I, 37, III, 6, Zeno II tr. 10, Lucif., Hier. adu. Iouin. II, 25 et saepe, Rufin., ut Orig. princ. II, 3, 4 [Rufin.] in Os. II ad 7, 13 sqq. *a me, qui eram abundantiae ipsius collator, iugiter recedebant* al., Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. I, 100 *ut . . uoluntas appetendae iugiter prauitatis incumberet*, an. in Iob I p. 33 al., Oros. h. VII, 15 al., Paulin. Nol. carm. 27, 53, Prud., Tichon. sept. regul. 3 . ., Vigil. Trid. ep. 1, Mart. Cap., Coel. Aur. ac. II, 39, 228 al., Cass. Fel. 29 p. 50 al., Chalc. Tim. 23 . ., in Tim. 326 . ., Cod. Theod. XVI, 10, . al., Cassian. coen. inst. I, 2, II, 10 . ., Maxim. Taur. serm. 53 s. f., Saluian. gub. D. I, 30, III, 69, 76, ep. 2 . ., Sedul. ap. Pasch. dedic., Cl. Mam. an. I, 6, Ruric. ep. II, 15 . ., uita Hilar. Arel. 8 . ., Iulian. uit. cont. I, 12, 1, Cod. Iust., Greg. Tur. hist. Franc. VIII, 15 . .

3090 iugulatio: auct. Bell. Hisp., Tert. an. 25 al., Primas. in Apoc. III ad c. 8 *sacrificium non placationis, sed iugulationis.*

iugulatorius: Thes. nou. lat. p. 280.

iunctio: Cic. (dub.), Arn. VI, 17 cod., Ven. Misc. VIII, 7, 29 *noua iuncto facta salutis.*

iuramentum: S. S., Dig. XII, 2, 34 (Vlp.) al., Hier. in Is. XVIII ad 65, 15 sq. al., Rufin. Orig. princ. I, 8, 2

ut . . cum iuramento affirmarit, nescire se quis sit al., Sulp. Seuer. chron. I, 8, 2. Vocem hac aetate fuisse usitatam attestatur et Don. ad Ter. Andr. IV, 3, 13: iusiurandum aut, ut uulgo dicitur, iuramentum.

iuratio: S. S. Sirac., Tert., Aug. mendac. 8 *hic* (Matth. 5, 34) *omnis iuratio circumcisa est*, id. serm. 308 (r. Gg.), id. quu. in Hept. I, 55 al., Chromat. tr. 10, 3 *a nobis usum iurationis auferre*, intpr. Iren., Macr., Isid. sent. II, 31, 1.

iusquiamus: corr. ex hyoscyamus Plin. Val. I, 14 et 58 (r. Gg.), II, 28, 30, III, 6 . ., Pallad., Veg. u., Dynamid. II, 10 (r. Gg.).

iussio: Mod. Dig., Arn., Lact., postt., ut et Hier. in Zach. I ad 5, 5 sqq. *Domini iussione* et saep., Vulg., Rufin. Orig. in Gen. h. 1, 12 *omnes reliquae creaturae iussione Dei fiunt*, [Rufin.] in Os. III ad 11, 10 sq., Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. I, 38, an. in Iob I p. 74, Oros. h. VI, 1 p. 370 Hauerc., Sulp. Seu. chr. II, 42, 3, Ps. Cypr. sing. cler. 15 s. f. (plur.), 16 al., Cod. Th. VI, 7, 2, C. Iust., inscr., al.

iussorius: Ps.-Aug. ad fratrr. erem. serm. 56 *si aliquis nostrum ad procuratorem suum literas dirigat, et ille non solum non impleat, quod praecipitur, sed etiam ipsa iussoria relegere dedignetur.*

*iustitium: *trnsl.* q. sublatio iuris Amm. XXVIII, 1, 15 *nouo furore sine retinaculis iuris summa miscente, cum iustitium esse, quod timebatur, non iudicium aperte*

constaret, XXIX, 2, 15 *horret reminisci, quo iustitio humilitati tot rerum apices uisebantur et praecipue consulares.*

iusum: pro deorsum (corr. in deosum, unde zosum, iosum, iusum, ital. giuso, giù etc.) Tert., Aug. (sursum me honoras, iusum calcas), Cass. Fel. 19 p. 29 *ut orificium pendiginis iusum meatum habeat*, Muscio gynaec. I, 103 (iniusum ib. II, 14 *ab umbilico iniusum*, II, 50, ut insursum ib. II, 18). Cf. Rönsch It. p. 460 sq., Diez Rom. Gramm. II p. 469.

3100 *iuuamen*: Hilar. (?) in Gal. 64, Eustath. Hexaem. VIII, 6 *certae uolucres ad nutriendos . . fetus masculorum iuuamine non utuntur*, Boeth., Cassiod., auct. hist. Datian. (DV), Acr. ad Hor. ep. 5, 8 (r. Gg.) *a iuuamine hominum Iouis dictus*, Greg. M.

iuuenalitas: Thes. nou. lat. p. 279.

Labescere: Rufin. Orig. in Rom. IX, 32 (r. Gg.) *quod tempus labescentibus quotidie diebus appropiat, et spatia, quae praeteritis augentur, futuris sine dubio minuuntur*, Aldh. laud. uirg. 50 *in luxum labescit.* Sed idem uidetur esse notum pridem per Diomedem *labisci*: »I p. 344« lapsor iteratiuum, inchoatiuum labiscor. Etenim utroque inclinatu et labascere et labasci, fatiscere et fatisci (defetisci) loquebantur, omninoque saepius uerba inchoatiua a passiuis oriunda formis actiuam tamen constat induisse formam, ueluti u. c. augescere, generascere.

labascere: Plaut., Ter., Lucr., Cl. Mam. an. II, 3, 6 *ne istiusmodi rationibus sententia tibi placita labascat*, I, 3. Complura etiam alia apud Mamertum denuo comparent

obsolēta uel certe uetustiora, ueluti: blanditer, concipilare (sup. 818), creper II, 11, dispudet, fringultire, impraesentiarum (sup. 2454), medioximus (inf. 3371), medullitus III, 10, 1 (etiam App. ter, Amm. bis, Sid. ep. VIII, 7), oppido I, 1 'oppido studiose', II, 3, 1 'oppido obscure dissertans' III, 8, 1 'oppido patefacit', II, 7, 5 et saep. (Quint.: 'oppido' quidem usi sunt paulum tempore nostro superiores, uereor ut iam nos ferat quisquam, — at recc. nonnunquam usurpant, ut App. saep., Tert. pall., Vulg. Gen., Sid. ep. II, 10 al.), opprobrare (inf. 3729), opulens III, 13 (negotium), quaesunt III, 13, — quibus comprobatur, quod Sidon. Apollinaris, amicus Mamerti, de eloquio illius dicens sententiam ep. IV, 3 ait: noua ibi uerba, quia uetusta.

labefactio: Oros. h. VII, 41 *etsi cum labefactione nostri*, — labefactor gloss. Hild.

labiliter: Aug. Gen. ad lit. III, 3 *quidquid aquarum siue labiliter undosum et fluidum est, siue uaporaliter tenuatum atque suspensum* al.; — adi. Arn., Amm., Aug. l. l. 7, 9, in Ioann. tr. 124, 5 'labilis uitae', Hier. (?) ad am. aegr. ep. I, 4 'quos . . infelix felicitas in interitum pronos et labiles ducit', Coel. Aur. acut. I, 1, 30 'labiles in passionem', II, 37, 316 'cuiusquam labilis qualitatis, quod facile lubrica faciat intestina', Cassiod.

labina: (unde est Lawine, — non »Erdfall«) Aug. in ps. 36 serm. 3, 12 (r. Gg.) *liberat a uia praua uerbum Dei in corde, liberat a labina* (γρ. lauina) *uerbum Dei in corde*, Hier. (?) ad am. aegr. ep. I, 3 *quibus fabrica . .*

cogitur in labinam, 4 *sicuti aliquem . . aut marmoris leuitas aut labina pauimenti subuersa pedum tutela contorsit*, »Isid. Or. XVI, 1, 4 'labina eo, quod ambulantibus lapsum inferat', gl. Vat. 'labina lapsum inferens, uel aquae per uim alluuiones uel terra aquosa et mobilis, in qua labimur', all. gloss.« Cf. ruina (ruere), agina (?), angina, culina (colina), concubinus, -na, *foetutinae*, indicina, inquilinus (h. e. incolinus), Iugatina, *molinus* et s. *molina (molendinum)*, *mundicinae* (mundare), rapina, Sentinus, Volutina . .

laboratio: Fronto, Adaman. u. Col. I, 1 *ieiunationum . . indefessus laborationibus*, III, 13.

laboriositas: Thes. nou. lat. p. 307.

3108* **labyrinthius:** Hier. in Zach. II pr. *labyrinthios patimur errores* (graece hac forma non uidetur exstare, — labyrinthēus Catull† M. Cap., Sedul.

lacerator: Hier. in Ezech. IX ad 29, 1 διασχεδαστής, *interfector uidelicet et lacerator*, Aug., Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. IV, 3.

3110 **laceratura:** Cass. Fel. 75 p. 180 *crura multis laceraturis scarificare*, 18, p. 26, 24 p. 41, 54 p. 140 al.

lacessitio: Amm., Hier. nom. hebr. p. 84 (γρ. lacessiones).

*laciniosus: *transl.* q. prolixus, diffusus App., Tert., saep. Hier., ut in Dan. 11, 21 sqq. *haec Porphyrius sermone laciniosissimo prosecutus est, quae nos breui com-*

pendio diximus, in Is. IX, ad 30, 21 *euangelicus sermo . . qui pro laciniosis Legis obseruationibus atque mandatis in uno uerbo recapitulauit omnia*, postt.

lacrimabilitas: Adaman. uit. Col. III, 26 *ingenti lacrimabilitate prolocutus est.*

*lactare: (lac) aliq*u*em* Vulg., Hier. in Luc. h. 9 *matris lactatus uberibus*, trnsl. Zen. II tr. 55 *qui eius* (legis) *fructu lactatur* »i. pascitur«.

lactatio: [Rufin.] in Os. I ad 2, 14—17 *'ecce ego lactabo eam'* (u. 14): *lactatio cibum mannae uidetur ostendere*, intpr. Iren. IV, 38, 1 *per talem lactationem assueti manducare et bibere uerbum Dei* (et DV), Mar. Merc. (DV).

lacticolor: Aus., Ven. exc. Thuring. I, 16.

lacticulosus: Petr. 57 (r. Gg.) *tu lacticulosus nec mu nec ma argutas*, »gl. Philox.«: lacticularius, lacticulosus, *λιπογάλακτος*.

lactineus: uita Fulgent. 18 *nigello uel lactinio pallio*, Ven. Fort.

laesibilis: *act.* Liberat breuiar. 12 *Flauianum laesibilis nouitatis reum dignum mortis debitum suscepisse.*

3120 laetamen: *pr.* inc. gramm., quem cit. DV, Adaman. u. Col. III, 26 *ne illius laetaminis causam nec et tristificationis a me nunc inquiratis manifestari*, ib. inf.; spec. q. fimus uel quaecunque res laetificat segetes (ital. *letame*) Plin., all. (schol. Bern. Verg.: fimus, qui per agros iacitur, uulgo laetamen dicitur).

laetatio: Caes., S. S. (cit. DV), Adaman. u. Col. II, 20 *plangor in laetationem conuertitur*, 30, III, 27, id. locc. sanct. I, 10.

laetificatio: Adaman. uit. Col. II, 26 *suauis laetificatio in maestam conuertitur tristificationem.*

laicalis: Eutychiani pap. († 283) exhort. ad presbyteros (quam tamen spuriam esse puto) p. 166 t. V Migne *uestimentis laicalibus*, Cassiod. (?) in Cant. 4, 1 *simplicium fidelium in laicali ordine constitutorum*, Venant. uita Hilar. I, 3, Greg. Tur. h. Franc. IX, 42 *uinclis laicalibus absoluta . . ad religionis normam uisa sum uoluntarie translata.*

lamentabiliter: an. in Iob III p. 233 *conquiritur ita et amariter et miserabiliter et lamentabiliter ut . .*, Cassiod. in ps. 9, 30 *uelut nodo peruersitatis lamentabiliter alligantur*, Beda.

lamentator: Adaman. uit. Col. III, 29 *illum flebilem lamentatorem*, inscr. (Quich.), gloss.

lampabilis: Cassiod. in psalt. praef. 17 (de diuersis gentibus sanctorum beata collatio,) *serenarum mentium lampabilis coetus*, in ps. 48 in. al., — a *lampare*, quo uerbo Cassiod. saepe utitur, ut inst. diu. 21 *eius quoque* (Hieronymi) *ab Oriente lamparet eloquium*, in ps. 4, 6, in 44, 3 (r. Gg.), [Fulg.] serm. 52 ex. *lampantibus faculis.*

laniatorium: Thes. nou. lat. p. 312.

lanuginare: Aug. in Iob 38 *tanquam lanuginantem tramam.*

lanuginositas: Cass. Fel. 29 p. 53 *lanuginositatem, quam in se detinet* (cerussa).

lapidatrix: intpr. Orig. in Matth. 28 (A, et r. Gg.), — lapidator Cic. dom., Aug. serm. 49, 10 *ut oraret pro lapidatoribus suis*, 315, 6 et saep.

3130 **lapillosus:** ex Aldh. Septen. col. 218 t. 89 Migne, it. col. 227 prolatum nunc Gg. e schol. Bern. ad Verg. p. 903 Hag. recepit.

lapsabundus: Iulian. uita comtempl., inc. de sobriet. et castit. 3 *lapsabunda gressu ac innuens* (mulier temulenta); — lapsare Stat. (lapsare), Flor. (lapsaret), Ven. Misc. VIII, 7, 193 *ne sarcina lapset*, part. lapsans Verg., all.

largifer: Drepan. Vulfino u. 5 *sic liquidas puteus profundit largifer undas.*

largiflue: Criscon. breu. canon. praef. *ut spiritalis alimonia panis gregem l. nutriatis;* — adi. Lucr.

largiri: pass. Tibull. (-tus), Papin. Dig., Hier. Did. spir. snct. 4 *in his bonis, quae a Domino largiuntur.*

largitudo: Charis. cum dicat nusquam inueniri nisi apud Nepotem, adhibet tamen Hier. in Ezech. h. 13, 2 *iuxta largitudinem et misericordiam eius.*

laruula: Aldh. Septen. aenigm. 14, n. 9 *quoniam me laruula terret*, gloss.

lasciuiosita: Thes. nou. lat. p. 322, lasciuiosus Isid.

lassulus: Catull., Hier. adu. Rufin. II, 2.

*laterale: *subst.* Iust. ep. ad Serg. pap. p. 962 t. LXVII Migne (sic accedit, ut membranis desistentibus eandem scripturam in paribus quaternionibus susciperent,) *nec studiose fabrefactis lateralibus ambiretur*, al. Scaeu. Dig., all.

3140 **laticosus:** Thes. nou. lat. p. 301.

latificare: S. S. Gen. ap. Ambr. (citat Rönsch. Itala p. 177) et ap. Aug. c. Faust. XII, 24, Aug. l. l. *hoc doletis . ., quia latificat Deus Iapheth*, gloss. Philox.

latinare: Coel. Aur. et sign. diaet. pass. 121.

lator: legis, rogationis Cic., Liu., artis Gramm., **al.** Aug. ep. 45, 2 *per latorem huius epistolae*, [Fulg.] serm. 38 *angeli erant baiuli et delectabiles latores.*

latrocinanter: Aug. ep. 35, 3 *uiolenter uel latrocinanter si quid audendum putauerint* al.

laturarius: Aug., [Fulg.] serm. 63 *non habeo laturarios . ., non habeo baiulos ad piscinam.*

lauamentum: Ps. Hier. uirg. laus 11 *lauamentis spiritualibus emundetur.*

laudatiuus: locis lexx. add. Cassiod. in ps. 40, 14 *laudatiua conclusio.*

laudatorius: [Rufin.] in Am. I ad 4, 4 sqq. *fermentatosque panes altari, qui, ut ita dicamus, laudatorii*

uel uoluntariae oblationes appellabantur, imponant, Fulg. m., Eugraph. ad Ter.

laurinus: Scrib. 156, cett.

3150 *laxitas: *transl.* Schlaffheit Arn., Hier. (?) ad amic. aegr. ep. I, 7 et 8 *morbida.*

laxitudo: Hier. nom. hebr. p. 38 *laxitudo, quam Graeci χαύνωσιν uocant.*

laxus, us: (?) Plin. Val. II, 49 *uitulinus item fimus laxui et tortis aliquo casu* (talis) *continuo impositus.*

2* lecte: Varr., Sidon. ep. IX, 9 (scripseras) *cuncta moraliter, lecte, . . eloquentissime.*

*lectio: *meton.* Tert. apol. 22, Arn., Seru., Amm., Hier. in Ion. 1, 5 *euangelicam lectionem* (sc. uerba, quae habentur Io. 17, 5), *in qua scriptum est . .*, in Ezech. XIV ad 47, 6 sqq. al., an. in Iob pr. p. 1 *nisi uim ac sensum cognouerit lectionis*, C. Theod., pstt.

legaliter: Consult. uet. ICti, Petr. Chrysol. »serm. 171«, Cassiod. Var., Cassiod. (Epiph.) hist. trip. V, 21, [Fulg.] serm. 55 *quia uobis legaliter interdixit incestum*, — legalis: Quint., Tert., Spart., Cons. uet. ICti 2, Hier. ep. 121, 7 *contra scita legalia* al., Rufin. Orig. in Iesu N. h. 8, 2 al., [Rufin.] in Os. I ad 2, 3 *institutionum legalium* al.

*legatarius: q. *pro* legatus Cassiod. (Epiph.) hist. trip. X, 33 *superuenit legatarius Romanorum pro aliis causis acturus* et ib. aliq., VII, 24, XI, 15 p. 371 Gar., —

genere significationis minus rationali et exemplorum parum certorum, ut sunt coniectarius Gell. XIV, 3, 1 argumenta (ita Hertz, al. coniectatoria), fermentarius Isid. Or. XX, 2, 15 *fermentarius* (panis) *fermentis confectus, azymus dicitur non fermentatus* (Otto: fermentacius, quod et Dynam. I, 7 legitur), farratarius (?) Apic. VIII, 359, mittendarius Cod. Theod.

legatiuncula: Adaman. uit. Columb. I, 17.

legislatio: Vulg., Rufin. Orig. princ. IV, 1, 15 *quod praecipue in legislatione frequentari inuenitur* al., Cassiod. (Epiph.) h. trip. (DV); — *legisdatio* intpr. Iren. IV, 4, 2 et 9, 1 (r. Gg.) al.

legumlator: Liu. XXXIV, 31, 18 noster legumlator (Lycurgum dicens), Quint. inst. VII, 6, 8 *cum in ipsis uerbis legis reperimus aliquid, per quod probemus, aliud legumlatorem uoluisse*, 8, 7 al., Quint. decl. 329 *interpretanda nobis legis ipsius uoluntas est . . ego mihi arbitror pauca pro legumlatore esse dicenda, ne tam obscure hoc occulteque scripsisse uideatur*, 334, 340 al. (quos dissimulans Ampel. cit. Gg.).

lenificare: Cass. Fel. 48 p. 124 *uentris asperitatem*, 29 p. 50, 73 p. 177.

3161 **lenificus:** Cass. Fel. 34 p. 73 (foeni graeci sucus) *est lenificae uirtutis.*

lenocinatio: Cassiod. in ps. 15 concl. *inanium lenocinatione uerborum* (lenocinator Tert.).

lenticulatus: (i. lenticulae formam referens) Cass. Fel. 24 p. 41 *lenticulatam herbam de stagnis uirentibus colliges*, 52 p. 37, App. herb. 90 *foliis lenticulatis.*

leopardus: scrr. hist. Aug., Hier. adu. Iouin. I, 30, II, 6 al., Acr. ad. Hor. ep. II, 1, 194, all.

lepida: sup. n. 1680.

lepiditas: Thes. nou. lat. p. 306.

leprosus: Tert. adu. Marc. IV, 9 al., Hier. in Eccl. 10 p. 472 al., Vulg., Prud., Sedul.

leptopyrexia: Marc. Emp. 20, fol. 116(b), 52 p. 337 E *leptopyrexias sanat.*

letabilis: Amm., [Rufin.] in Ioel ad 2, 4—11 *sic uniuersos . . incolas letabilis anxietas occupabit, ut eis coeli moueri et tremere terra uideatur.*

letaliter: Plin., Iul. Val., Amm., Aug. c. Iul. II, 10 33 (r. Gg.) *non letaliter, sed uenialiter* al., Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. II. 213, intpr. Iren., Cassian. Coll. VI, 9, Facund. epist. fid. cath. p. 874 M. *perniciose et letaliter.*

3170 *leuatio: ut t. t. metr. q. ἄρσις Aug. Mus. II, 18 *partem pedis sibi leuatio uindicat, partem positio* et aliq., IV, 29 al.; propr. Vitr., Hier. in Zach. III ad 12, 1 *nec prius ad agonem quenquam descendere, quam ex leuatione ponderis sciatur, quis cui debeat comparari.*

leuatorium: Thes. nou. lat. p. 306.

leucoma: Marc. Emp. p. 276 E *ut leucomata . . ex oculo detergeas*, al., Placit. 17, 1.

leucophlegmatia: Plin. Val. III, 12 (Coel. Aur. nunc cit. Gg.).

lĕuiare: Venant. uita Leob. 23 *ad leuiandum fratris sui infirmitatem;* — alleuiare Vulg., Ambr.

leuicutis: Carm. de Sodoma 143 *aliquam de gurgite gentem Squamicutem uel leuicutem uel cortice septam.* Cf. testicutis Eust. Hex., lanicutis Laber.

lēuificare: Hier. (?) in Iob 40 *alia attritu leuificans, sed ipse asper esse non desinens;* — cf. *lĕuifacere* Gl. Philox. p. 131, 1 *leuefecit, ἐξουθένησεν.*

lĕuigare: Gell. IV, 11, 4 (ut puto, l. laeuigatur), App., Hilar., Coel. Aur. acut. II, 1, 7 *dimissionis intercapedine leuigatur* (pressura lethargici), ib. 14, 94, ib. 37, 204, III, 5, 50, id. tard. III, 8, 118 (non 182), Acr. ad Hor., Greg. M.,

lĕuigatio: Coel. Aur. ac. II, 10, 68 *sine febrium leuigatione,* id. sign. diaet. pass. 21 *leuigatione doloris attestante* (locos r. Gg.; — non habebant lexx., sed Rönsch p. 81).

lēuigatio: Vitr., Iul. Val. III, 22 (r. Gg.), Diom. (DV), Chalc. Tim. 24, in Tim. 217, lēuigare Varr., Vitr. VII, 3, 7, cett.

3180 **leuisticum:** (*libesticum* Dynam. I, 63) i. e. herba medicinalis, franc. *livèche*: Plin. Val. II, 30, 36, Veget. uet. III, 52, 2 Gesn., — corruptum e **libysticum** Vindician. ep. p. 248 St. *absinthio, in quo libysticum fuerat decoctum*, Th. Prisc. II, chr. 8, 16, IV, f. 311b, 312a, Plin. Val. I, 62 . . uel e ligysticum (Diosc., Orisbas. . .) siue ligusticum (Col. Plin. Apic.).

leuitissa: sup. 1198.

leunculus: Hier. in Ez. VI, ad 19, 1 al., Vulg.

lexiua: (*lessive*) corr. pro lixiuia Plin. Val. II, 14 *lexiuae qua utuntur saponarii.*

libamen: post p App. Flor. in., Arn. VII, 20 *thura, salsas fruges atque uniuersa libamina*, Vop. Tac. 9, Hier. in Is. VI ad 57, 6, Vulg., Rufin. Orig. in Leu. h. 4, 7, in Iesu N. h. 2, 1 (pl.).

84* *libellulus*: Tert. adu. Marc. II, 1, adu. natt. I, 20, M. Cap., Fulg. m.

libentiose: hist. Apoll. Tyr. 39 *quod omnes tam libentiose discumbitis, — nauis dominus quis est?* (r. Gg.), — adi. non comparet.

*liber: subst. *sing.* i. filius Quint. decl., Vict. Caes. 26, 4 *liberi quoque exitum denuntiauere*, Vict. epit. 12, 9 *hic Traianum in liberi locum . . cooptauit*, Cod. Iust.

*liberare *i.* sanare: sup. 1655.

libitus, us: Paulin. bened. 5, 2 *proprio libitu ferebatur*, Alc. Auit., Ps. Eucher. in Reg. comm. III, 20 *pro suo libitu*, it. Facund. ep. fid. cath. p. 871 D, Primas. in Apoc. II ad 7.

libramen: Pacian. ep. 8 s. f., Rufin. Orig. in Cant. II p. 379 *sol . . ea corpora, quibus a summo libramine insederit, infuscat et urit*, carm. de Sodoma 152 (r. Gg.) Max. Taur., Cl. Mam. an.

3090 *libratio: (Vitr., pstt.) *transl.* Hier. c. Ioann. Hier. 3 *dispensatio ac libratio ista prudens uerborum indoctos decipere potest.*

licentiose: Aug. gen. ad lit. VIII, 11 *licentiose abuti propria potestate* (adi. Sen., Quint., postt.).

lichena: sup. in 1680.

licinium: Veg. u., Cass. Fel. 36 p. 80 *ex leptospathio* (ita Rose) *ferramento licinio inuoluto*, 32 p. 67.

licite: Marcian. Dig., Hieron. ep. 48, 15 *ab uxoribus, quibus licite iungebantur*, Aug. coni. adult. I, 12, id. Ciu. D. I, 9, 2 al., Oros. h. V, 20, auct. Praedest. III, 31.

ligatio: pr. Scrib., Cael. Aur. ac. II, 37, 195 (r. Gg.) *tunc . . ligatione paulo tenaci utemur articulorum*, ib. III, 6, 66, Gelas. ep. 4 (t. t. rhet. q. zeugma Aquila, Iul. Rufin.).

ligator: Acr. ad Hor. Serm. I, 6, 121 *cuiusdam feneratoris et ligatoris*, — ¿ an: litigatoris.

lignicola: uita Caesarii I, 5, 42 *praedicationes . . contra augures, lignicolas, fonticolas . . facit.*

limatura: Pl. Val. I, 25 (r. Gg.), Cass. Fel. 32 p. 66 *cum limatura corali*, 72 p. 174 *propinare . . sucum coliculi aut limaturam cornu ceruini in modum cochlearii unius*, S. Placit. 10, 1 (et DV), Greg. M. ep. IV, 30, gloss.

liminare: **subst.** Hier. in Is. III ad 6, 4 *templi* al.

8200 **limositas**: Cass. Fel. 32 p. 65 *hoc adiuuamenti genus limositatem excludit et humores superfluos depurgat*, »cf. 46 p. 117: limosa qualitate solidato sanguine«.

limpidare: Zen. II tr. 45 *peccatorum paleis limpidatus*, Veg. u., gloss.

*limpidus: *transl.* Coel. Aur. tard. I, 4, 73 *lenimentorum* (cf. 1477, nam Gg. hoc ignorat) *aliqua pura ac limpida, aliqua turbata concurrunt*, 1, 34, acut. II, 36, 189 *in . . limpida dimissione* (cf. tard. I, 1, 18 *si purius occurrerit lenimentum*), — tard. I, 4, 97 *panis limpidus atque studiose elaboratus*, II, 1, 18 *lana limpida* opp. succida et sim.

linguosus: Petr., Vulg. Sirac. et Ps. s., Hier. p. 108, 19 *quam linguosam, garrulam et procacem cognouerat* al., Aug. serm. 9, 2 *linguosis artibus* al., Ps. Aug. serm. 228, 3, all. recc.

liniger: Ou., Lucan. X, 175, Iuu. s.

linimentum: Th. Prisc. I, 1, 2 . ., Pall., Coel. Aur. tard. III, 2, 40.

linostimus: Aug. c. Faust. VI, 9 *linostima ueste indui aliquando peccatum fuit* (cf. Vulg. Deuter. 22, 11: non indueris uestimento, quod ex lana linoque contextum est), ib. 1, linostema Isid. Orig. Cf. DV, qui unde habeat i penultimae esse correptum non uideo.

*linquere: intr. et, ut uidetur, *pro* delinquere trnsl. Dracont. satisf. 39 *liquit et antistes senior pater ille Ioannis elinguisque fuit.*

lippescere: Hier. in Sophon. ad 3, 19 sq. *cum Lea lippescit, et non amatur a Iacob.*

lipposus: [Fulg.] serm. 17 *caeci, claudi, surdi, lipposi.*

3210 **liquefactio:** inc. auct. de tripl. habitac. 2 *fletus et liquefactio oculorum.*

liquiritia: (Lakritze) Th. Prisc. II, chr. 20 al., Veg. u., Cass. Fel. 33 p. 71 cod. Par. al. corr. e glycyrrhiza Plin., quod tenent Pl. Val. I, 47, III, 2 . ., Isid. Or. XVII, 9, 34, et ipse Th. Prisc. II, chr. 16.

literatorius: Tert., Hier. (?) ad am. aegr. ep. II, 8 *in ludo aliquo literatorio.* Cf. Gg. s. u.

*literatura: *meton.* prope i. q. nos dicere solemus Literatur Tert. ad natt. II, 2 *per curiositatem omnimodae literaturae inspiciendae diuinis quoque scripturis ut antiquioribus uideri incursasse et inde nonnulla dempsisse*, ib. 12 et I, 10, id. apol. 18 bis et 47 *hoc mihi proficit antiquitas praestructa diuinae literaturae, quo facile credatur thesaurum eam fuisse posteriori cuique sa-*

pientiae, idol. 15 *si quos latet per ignorantiam literaturae secularis* al., Hier. in Abac. I ad 2, 9 *ponamus literaturae quoque secularis exempla*: *Crispus loquitur in historiis . .*, *simile quid et Tullius . . pro Marcello . .*, in Am. III ad 6, 2 sqq. *et in seculari literatura legimus*: *sed fugit interea*, *fugit irreparabile tempus* (Verg. Georg. III, 284), adu. Iouin. I, 4, II, 35 (concr. pro scriptura, Geschriebenes iam Cic. s.), — i. eruditio literaria (q. philologia) Vitr. VI pr. 4 et 6, M. Aur. ap. Front. ep. ad M. Caes. et inu. II, 6 *ego*, *qui a graeca literatura tantum absum*, Tert. test. an. 1, Capit. Ant. P. 2 *eloquentiae nitidae*, *literaturae praecipuae*, Aug., Cod. Theod. XIV, 1, 1 (Constantii A. et Iul. Caes.) *ne literaturae*, *quae omnium uirtutum maxima est*, *praemia denegarentur*, *eum qui studiis et eloquio dignus primo loco uidebitur*, *honestiorem faciet nostra prouisio;* spec. grammatice latine literatura dicebatur, uti ait Quint., it. Diom., sed etiam elementaris, quae et literatio, et ipsa scribendi elementa ita dicebantur, ut Sen. »ep. 88, 20«, App. dogm. Plat. I, 2, Tert. test. an. 5 *numquid credendum est ante literaturam eiusque diuulgationem mutos . . homines uixisse?*, Mart. Cap. III, 229; cf. Tac. ann. »XI, 13 ex.«, et Vitr. V, 4, 1, qui harmonicen dicit musicam literaturam.

literio: (contemptim pro literatus i. grammaticus) Amm., Aug. ep. 118, 26 *nomen Anaxagoras*, *quod propter literatam uetustatem omnes*, *ut militariter loquar*, *literiones libenter sufflant*, id. c. adu. Leg. et Proph. I, 24 (it.).

litigatio: Lact. (dub.), Aug. serm. 359, 4 (r. Gg.) *uidete*, *quam concors sit eorum litigatio*, *quam pacifica*, gloss.

litigiose: Aug. c. duas epp. Pelag. III, 4, 13 (sed dicat aliquis: quomodo uetus appellatur, quod post CDXXX annos factum est per Moysen, et nouum dicitur, quod ante tot annos factum est ad Abraham?) *Qui ex hoc non litigiose, sed studiose mouetur, intelligat primum, quia . .* (transscripsit ad uerbum Primas. In Ep. ad Gal. c. 3; cf. s. u. praecipitator).

liuere: post p Cels. VII, 30, Tac.

liuescere: Lucr., Claud., Coel. Aur. t. III, 1, 3.

liuorosus: Adaman. u. Col. III, 5 *sanctum percussit flagello, cuius liuorosum in eius latere uestigium . . permansit.*

3220 *lixiuium*: s. Pl. Val. I, 21, Coel. Aur., Placit. 16, 15, lixiuum Pall. II, 15, 18.

lixoperita: Th. Prisc. II, 1 *lixoperita pro cataplasmatis adhibita*, Pl. Val. III, 3 *lixoperita ambrosia ualde optima* corr. e *ληξοπύρετος* Galen., lexipyretus Plin., Marc. Emp.

localitas (das im Raum Sein): Cl. Mam. I, 15, 18, 3, III, 12, 1 al., Ps. Hier. indic. haeres. 29.

localiter: Tert., Amm. (XV, 12, 3), Aug. immort. anim. 24 *si . . corpori anima tamen non localiter iungitur*, Gen. ad lit. VIII, 21, 40 *temporaliter et localiter* al., intpr. Orig. in Matth. 70 *ut non localiter audiamus omnes gentes fieri ante Eum, sicut nec localiter audimus iustos ea dicturos, quae sunt dicturi*, Cl. Mam. an. I, 14, Cassiod. Var.,

id. in ps. 60, 3 *nec localiter defendit, sed per totum mundum famulos suas custodit*, Fulg. ad Monim. II, 6 *nec Filii nec Spiritus sancti missionem localiter factam quisquam debet Christianus accipere*, ib. inf. III, 7 et saep., Isid. eccl. off. II, 23, 2 localiter ab inuicem discedentes.

locularis: i. localis Chalcid. Tim. 11 *quoniam ex septem motibus non locularis ei quisquam, sed rationabilis competebat, qui animarum proprius est circuitus*, Comm. in Tim. 120 *loculares motus septem sunt*, 136, 221, 260; al., ut uidetur, Pall. III, 25, 23 'resina locularis'.

locupletatio: Vulg. Iudith, Arn. in ps. 118 p. 513 M. *in suis locupletationibus glorientur*, uita S. Eugeniae 12 *possessionum locupletatio infinita.*

locutorium: Hier. in Eph. I ad 2, 19 sqq. *Dabir, quod . . possumus . ., ut contentiosius uerbum exprimamus e uerbo, λαλητήριον, id est locutorium, dicere.*

longaeuitas: Ambr., Hier. ep. 36, 6 *longaeuitate moeroris compulsus*, Aug. in Io. tr. 32, 9, Macr., Ruric. ep. II, 10, Cassiod. in ps. 38, 5 *si posset ad illam sanctam incarnationem . . eius longaeuitas peruenire.*

longanimis: S. S., Hier. Orig. in Ier. h. 11 p. 850 V. *longanimis fuisti semper huic populo delinquenti*, an. in Iob II p. 137 *longanimior*, Aug. serm. 9, 1, 2, Oros. c. Pelag. p. 606 *propter longanimem sui aeternamque clementiam*, N. Tir., adu. *longanimiter* Vulg., Aug. serm. in circumcis. p. 1138 D (t. XLVII). M., an. in Iob I p. 47 *peccantibus longanimiter parcendo*, uers. uet. Ignat., Cassiod., Isid.

sent. I, 2, 6 (longanimus frgmm. Ambr. Paru. Gen. 19, 8; cf. inf. n. 3285).

longanimitas: S. S. uet. et Vulg. aliq., Hier. (?) in ps. 56, Aug. quant. anim. 30 *solemus eam quam Graeci μακροθυμίαν uocant longanimitatem interpretari*, c. Iul. V, 4, 14, an. in Iob I p. 27 al., [Rufin.] in Am. I ad 5, 25 sqq., Cassd. (Epiph.) hist. trip. Cf. in 4889.

3230 **longarius:** Anecd. Helu. p. 222 *sunt et aliae longariae* (literae), — et rec. Gg; cf. longurius Varr. Caes.

longiare: Diom. III, p. 505 (r. Gg.) *choriambicum metrum . . a dimetro in tetrametrum longiatur*, it. ibid. (bis), 494, 13. Cf. Z. f. vergl. Sprchf. N. F. VI, p. 263 n. 2.

longinquosus: Thes. nou. lat. p. 313.

longiuscule: Donat. ars II, 13 p. 386, Aug. in Io. Ep. ad Parth. tr. 4, 11 (r. Gg.) *haec dixi longiuscule*, Cl. Mam. an. I, 1 (et DV) *longiuscule quam uolui praefatus sum*, Sid., adi. Cic., Plin. X, 52, 107, Lampr., Aug. Conf. XI, 27, 36 (r. Gg.) *si uoluerit aliquis edere longiusculam uocem.*

*loqui: c. acc. subst. transitiuo i. dicere, nominare post pr (Holtze synt. prisc. scriptt. lat. t. I p. 272) Solin. 11, 17 *orbem cyclon Graeci loquuntur*, id. 11, 26, id. 32, 1, Cypr. laps. 25 *facinus commissum loqui et indicare non potuit*, ep. 45, 4.

lorandrum: Isid. Orig. XVII, 7, 54 *rhododendron, quod corrupte uulgo lorandrum uocatur.*

loricatus: B. Hisp. 4 al., B. Afr., all. (DV, — sed loricandus trnsl. iam Varr.).

lotio: Vitr. (plur.), Pl. Val. I (non II), 4 *lotione aquae marinae.*

*lubricare: *intr.* Vulg. Thren., Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. V, 30 *ut nobis ista non lubricant, ita a Traducianis . . repelluntur.*

lubricatio: S. S. Dan. 11, 32 Wirc., Eustath. Hexaem. III, 4 *meatum aquarum lubricationemque*, Cassiod. in ps. 120, 3 *hos pedes* (i. e. cogitationes suas) . . *ad animam suam loquens optat propheta ne peccatorum lubricatione uertantur.*

3240 **lubrice:** Hier. adu. Iouin. II, 24 *tu peruerse et lubrice praesentis seculi conuersationem in futurorum exempla proponis.*

lucidare: in n. 1471.

luciditas: intpr. Orig. in Matth. 32 *quoniam non pos sunt uidere luciditatem pulchritudinis.*

lucificus: Aug. c. Faust. XXII, 9 *inaccessibilis illa lucifica lux*, Coel. Aur.

lucifluus: Iuuenc., Zen. »I tr. 16, 8«, sch. Germ., Ven. Fort. u. Mart. 265 *Sol lucifluas circumflectebat habenas*, id. Misc. XI, 29, 7.

lucipeta: Aug. c. Faust. XIX, 24 *muscas lucipetas et blattas lucifugas*, Isid. (musca lucipeta). Cf. lucripeta

arg. acrost. Plaut. Most., heredipeta Petron., recc. altipeta, cornupeta (1088), honoripeta, compositi in -petus exemplum non inueni.

lucrare: »Actt. S. Luciani et Marc. 5«, Vict. pers. Vand. I, 11 *lucrauerunt*, auct. de S. Hel. 29 *lucrabimus* (at depon. 31), Cod. Iust. lucratum est pass.

lucrificare: Tert., Aug. catechiz. 10 *ut infirmos lucrificaret.*

lucrosus: Ou., Plin., Tac., Hier. in Matth. III ad 26, 15 *ut saltem lucrosa uideretur proditio*, Ennod. dict. 9, Isid. eccl. off. II, 16, 3.

luctabundus: Thes. nou. lat. p. 322.

3250 lucubratus *adi.*: superl. Oros. c. Pelag. p. 618 *in epistola tua lucubratissima haec ipsa intellegere uix potuimus.*

ludibriosus: Gell., Hilar. in ps. 41, 11 *in ludibriosum habitum componitur, exsultat et subsannat inimicus*, Firm. m., Amm., Aug.

ludicre: pr, App. s., Aug. bapt. VII, 53, 102 *ubi . . totum ludicre et mimice et ioculariter ageretur.*

ludificabundus: Sidon. ep. VII, 14 *qui amicos ludificabundi non tam iudicialiter quam ocullariter (iocullariter?) intuentur*, — r. Gg.

ludificatio: Cic. s., Liu., Aug. Ciu. D. VI, 7, 2 *humanarum mentium* al., Ennod. ep. IX, 31.

ludificatorius: Aug., Leo serm. 36, 4.

ludiuagus: Cassiod. in ps. 1, 6 *uentorum ludibriis, quae corpora facile mobilia in auras aethereas ludiuaga compulsione transponent.*

lues *plur.*: exemplis Neue FL I p. 423 (Cypr., Prud., cl. Placid. gloss.) addideram Vict. ep. 16, 3 *lues crebrae.*

lugubriter: App., Cassian. Coll. XXI, 4, XXIV, 6.

luminarium: parag. ex luminare Eust. Hexaem. VI, 8 *pro luminariorum dispositis cursibus*, ib. 2, ib. 9, ib. 11, VII, 1, intpr. Iren. I, 29, 2 *luminario*, Isid. ep. 1, 13 *pro luminariis deportandis*, Spicil. Solesm. t. III p. 451. Cf. recc. int. cett. altarium (n. 157), angularius, consularius Iul. epit. Nouell, contubernarius gl. Philox. *σύνοικος*, *σύσκηνος*, epistolarius Ennod., Ruric. ep. II, 15 *epistolario sermone*, Greg. M. (subst. Salu.), exemplarium (n. 1797), funarius Isid. (equus), gemellarium (2149), linearius Grom. (linearis pA), litorarius Coel. Aur., lupanarium Dig., manipularius, manuarius, ministeriarius gl. Philox., originarius (3743), pabularius s. inscr., perticarius, scalarius inscr., secularius (4895), uicinarius . .

3260 *luminatio*: Ps. Cypr. ad Vigil. 7 *eas qui aduersus sui luminationis claritatem obstinata etiam tunc mentis caecitate durabant*, intpr. Iren., inscr.

luminator: Aug. c. Faust. Manichaeum XX, 12 *sicut unam rem dicitis et lunam et nauem minorem et luminatorem nocturnum.*

lumineus: Thes. nou. lat. p. 299.

lupinaceus: App. h., Dynam. II, 98 *cum lomento lupinaceo.*

luricula: [= loricula ap. Hirt., Veget.] Ps. Eucher. in Regg. comm. III, 11 *quibus tabulatis seu muris uel cancellis, cum ad tutelam uiae ponuntur, uulgus luricularum nomen indidit; haec autem tabulata s. luriculae supra* [Regg. III, c. 6, u. 5] *sunt latera uocata.*

lustramentum: S. S. uet. 1 Cor. (Rönsch p. 24), Marcian. Dig., Aldh. laud. uirginit. 35 *foetentis lotii lustramentum*, gl. Isid. 'lustramentum, foetor, putor, oletum, foetulentia'.

lustriuagus: Anth. Lat. 682 (Ouid. trib.), u. 1 *Rustice, lustriuage, capripes.*

lutefieri: Marc. Emp. p. 376 D *non patitur lutefieri nec intus uulnus conuerti.*

lutosus: pr, Col., Hier. ep. 127, 9 *uestigia.*

luxatura: Marc. Emp., Pl. Val. II, 49 luxaturam sanare, Dynam. I p. 401, ib. c. 62, II, 12, 42.

3270 **luxatus,** us: Th. Prisc. IV, f. 312a *unice faciens . . ad luxatum, ad praecisuram . .*, 314b; cf. *luxatura* Plin. Val. II, 49 *luxaturam sanare,* Marc. Emp.

luxus, us: i. luxatio, -tura Cat. r. r. (?), Scrib. 266 al., App. Flor., App. herb. (tumoribus ex luxu concitatis), Querol. V, 4 p. 60 P. *in luxu et ossibus loco motis.*

lymphare: (praeter part. perf. lymphatus, quod usitatius erat) act. Val. Fl., Stat. Theb. VII, 113 al., [Rufin.] in Os. III ad 11, 3 *quod aures suas ministris daemonum lymphantibus permisissent*, pass. Plin., Dosith. p. 60 (r. Gg.) *lumfor ἐνθεάζομαι*, [Rufin.] in Os. I ad 4, 8 *cum pars populi . . simili errore lymphatur.*

lymphosus: Thes. nou. lat. p. 324.

Typis Drægerianis (C. Feichtii) Berolini.